P. BONANNI
D. C. D. RELIG.
TOM. II.



EX LIBRIS
P.A. IOAVARZI

548/3

ORDINUM RELIGIOSORUM
In Ecclesia Militanti
CATALOGUS,
Eorumque indumenta in Iconibus
Expressa, & oblata
CLEMENTI XI.
PONT. MAX.
A P. PHILIPPO BONANNI
Societatis JESU.
PARS SECUNDA
Continens Virgines Deo dicatas.

ROMÆ, Typis Georgii Plachi Cælaturam Profitentis, & Characterum Fusoriam in Platea Ecclesiæ S.MARCI 1707.
Superiorum Permissu.

CATALOGO
DEGLI ORDINI RELIGIOSI
Della Chiesa Militante

Espressi con Imagini, e spiegati con una breve narrazione,

OFFERTO ALLA SANTITA' DI N. S.

CLEMENTE XI.

DAL P. FILIPPO BONANNI
Della Compagnia di GIESU'.

PARTE SECONDA
Delle Vergini à Dio dedicate.

IN ROMA, Nella Stamperia di Giorgio Placho Intagliatore, e Gettatore di Caratteri alla Piazza della Chiesa di S. MARCO 1707.

Con Licenza de' Superiori.

MICHAEL ANGELUS TAMBURINUS

Præpositus Generalis Societatis JESU.

CUM librum, cui titulus: Ordinum Religiosorum Catalogus, Pars secunda Continens Monialium Ordines, à P. Philippo Bonanni nostræ Societatis Sacerdote conscriptum, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, si ita jis, ad quos pertinet videtur. Cujus rei gratia has literas manu nostra subscriptas & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 3. Aprilis 1706.

Michael Angelus Tamburinus.

Imprimatur,
Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſc. Verul. Viceſg.

AD mandatum Reverendiſs. Patris Paulini Bernardinii S.P.A. Magiſtri recognovi Opus, in duos tomos diſtributum, cui titulus -- *Ordinum Religioſorum in Eccleſia militante Catalogus* -- ab eruditiſſimo A. R. P. Philippo Bonanni Societatis Jeſu, ſummo ſtudio, & diligentia digeſtum; In quo cum nihil invenerim, quod Chriſtianis moribus repugnet, & Catholicæ fidei puritati adverſetur, cenſeo poſſe, publici juris fieri; Ut ex iſto pariter, quemadmodum ex cæteris ſapientiſſimi Authoris operibus, ſinguli in eruditione proficiant; & inde erga Religioſorum Ordines amore, & pietate moveantur, ſalvo &c.

Dat. ex Aracœli 7. Decembr. 1706.

Fr. Auguſtinus Matthæucci Lucenſis S.Th. lect. Jub. &c.

Imprimatur,
Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum S.A.P.Mag.

LECTORI.

SPECTAVIMUS in prima Parte varios Virorum Religioſorum Cætus; quorum aliquos in Cænobiis, in ſolitariis locis alios, in Civitatibus, vel Rupibus, ſub vario legum jugo cognovimus vitam traducere, in obſequium Divini Numinis voluntarie devinctos. Nunc monaſteriis Virginum labor impendendus eſt, quibus eadem fere origo fuit, quæ monaſteriis Virorum. Putarunt aliqui, eas S.Benedictum primum habuiſſe Auctorem; At illum longo temporis ſpatio anteceſſerunt, Orientem, & Occidentem incolentes. Quòd ſi altius initia ſint repetenda; SS.Apoſtoli ejuſmodi Inſtituti prima ſemina jecere, dum S.Paulus Teclam, S.Matthæus Iphigeniam, impoſito illis velo, Deo conſecrarunt. Edito hoc exemplo, ſequutæ ſunt aliæ, non ad unam quidem normam compoſitæ; ſed, quas Epiſcopi leges monaſteriis ſtatuebant, ipſæ exequebantur, donec S.Baſilius, & S.Auguſtinus Regulas condiderunt, & in has Moniales Affricæ, in illas Aſię primùm juraverunt. In occidentem quidem, & Italiam aliquantò tardiùs hoc vitæ Genus introductum eſt, ex Ægypto petitum, ſed ante S.Benedictum; unde S.Auguſtinus in tract. de moribus Eccleſiæ, Monialium Monaſteria ſe vidiſſe in Italia aſſerit. Deinde Regulam S.Benedicti plurima ſacrarum Virginum domicilia receperunt, & in diverſis Mundi partibus penè innumera Virginum Aſceteria fuere ædificata, ut Folengius, relatus ab Antonio Yepes in chro-

chronicis S.Benedicti cap.4., affirmet, eodem tempore quindecies mille Ordinis S.Benedicti Moniales cultui Divino sanctissimè operam dedisse. Jam ergo earum Catalogum, quas ex diversis historiarum monumentis nobis licuit agnoscere, exponamus. Quod si fortasse aliquas tibi notas deesse judicabis, meminisse oportebit, non quascunque Cænobiorum omnium Moniales à nobis expressas fuisse, quæ delineari potuissent; sed eas tantùm, quarum Classes, & Instituta à cæteris differunt. Quamplurimæ enim in vestibus, in capitis velaminibus, in calceamentis non parum discriminantur, etiamsi eisdem vivendi legibus sint subjectæ, id præscribente vel Regionum consuetudine, vel etiam temporum corruptela; adeo ut ad omnes, & singulas exprimendas calamus non sufficiat.

AL

AL LETTORE.

SI sono veduti nella prima parte li Varii Ordini Religiosi, alcuni delli quali abitano nelle Città, alcuni nelle solitudini, ma tutti con diverso tenore di Regole vivono consecrati à Dio sotto il giogo della monastica osservanza. Ora rimane à vedere li diversi Instituti delle Monache, e Vergini à Dio dedicate, l'origine delle quali fù quasi simile, se non la stessa, à quella delli Religiosi. Pensarono alcuni, essere state instituite da S. Benedetto, ma molto avanti habitarono sì nell'Oriente, come nell'Occidente, E se si esamina bene, si troverà, che gli Apostoli diedero principio à questo modo di vivere; mentre S. Pavolo à S. Tecla, e S. Matteo ad'Ifigenia imposero il velo, e le consecrarono à Dio. Da questo esempio poi mosse le altre, eleggere vita monastica, sottoponendosi à diverse leggi, à loro prescritte dalli Vescovi, sinche S. Basilio nell'Asia, e S. Agostino nell'Affrica stabilirono, e scrissero Regole, osservate poi dalle Monache. Dall'Egitto si propagorono nell'Occidente, e in Italia, avanti però S. Benedetto; che perciò S. Agostino asserì haverle ivi vedute. Date poi da S. Benedetto altre Regole, furono abbracciate in diverse parti del Mondo, e furono fabricati molti monasteri, che perciò Il Folengio, riferito dal Yepes nella Cronica Benedettina, afferma, che nel medesimo tempo vivevano quindici mila monache di tale Ordine. Eccoti dunque, ò Lettore, un Catalogo di diversi Ordini di Vergini, à Dio consagrate, quali in varie

rie Istorie habbiamo potuto riconoscere. E se ti parrà per avventura non essere compresse tutte, è necessario riflettere, che si è tessuto il Catalogo degli Ordini, dalli quali si osservano diverse Constituzioni, e sono gli uni dagli altri indipendenti, non già le Monache di tutti li Monasteri, le quali benche vivano sotto la medesima regola, variano talvolta alquanto nell' abito, portando alcune, à cagione di esempio, veli ò più sottili, ò alquanto più attillati, conformandosi bene spesso all' uso del Paese, ò all' usanza, à poco à poco introdotta nelle case, ove vivono, in modo che per esprimerle tutte, mancarebbe la penna, e si farebbe uno non meno ampio, che inutile Volume.

Monialis Acemeta seu Vigilans

I

Moniales Acæmetæ.

FUerunt quidam monachi dicti Acęmeti, seu Achimetenses, quorum meminit Nicolaus I. Pontifex epist.10.& Gelasius adversus Nestorium, sic dicti à Græcis, quòd in eorum monasteriis divinę laudes diu noctuque, nullo interposito cessationis intervallo, celebrarentur, divisa in hunc finem in tres classes monachorum sodalitate ita, ut peracto à priori officio, secunda & postea tertia succederet. Hujusmodi Instituti Auctorem agnoscit Nicephorus Calistus lib.15.c.23. S.Marcellum Apamiensem, cujus festum agunt Græci die 29. Nov. alii Alexandrum Abbatem, cui ille successit in ea dignitate. Florebat Alexander anno 420.de quo consule auctorem Vitæ illius c.5. apud Bollandum 15. Januarii. Monasterii Constantinopolitani, in quo hujusmodi pium Institutum florebat meminerunt passim Scriptores Evagrius lib.3.cap.18.Theophanes pag.104. Cedrenus in Leone &c. Ejusmodi instituti non solùm fuisse monachos apud Græcos, sed etiam Fœminas indicat imago S.Annæ Græcæ, inter tales sanctimoniales celeberrimæ, quam exposuit P.Beurier Cælestinus in catalogo sanctimonialium n.35.aitque floruisse anno 760. Quonam habitu induerentur incompertum est, imò nullum proprium habuisse opinor, cum in variis monachorum Institutis hic psallendi mos esset, ob ingentem eorum numerum. Sicut incertum est an à Græcis orientalibus talem morem monachi occidentis, an verò ab istis illi hauserint, cum à primæva monasteriorum origine in Ecclesia Romana fuisse constet. Certe D.Bernardus in vita S.Malachiæ ait, tam magnum fuisse monachorum numerum, ut succedentibus sibi vicissim choris continuarentur solemnia divinorum, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis vacaret à laudibus. Est tamen qui affirmet, vestem fuisse viridem rubea cruce signatam, supra quam mantellum seu cappam imponebant, & caput velo nigro contegebant.

I

Monache dette Acemete.

FUrono gia Monaci detti Acemeti da Greci, poiche nelli loro monasteri mai non si cessava dalle lodi Divine, che perciò divisi in tre classi, l'una succedeva all'altra nel recitarle, giorno, e notte. Di essi fece menzione il Pontefice Nicolò I. nella lettera decima, e Gelasio contro Nestorio; e Niceforo Calisto nel libro 15.cap.23. afferma, che tal sorte di religiosi furono instituiti: da S.Marcello Vescovo d'Apamea, la festa di cui si celebra dalli Greci alli 29. di Novembre: altri dicono da Alessandro Abbate, suo successore. Visse, questo nel 420.e di lui scrisse il Bollando alli 15. di Gennaro: Di un simile monasterio di Monaci in Constantinopoli fecero menzione Evagrio nel libro 3.c.18. Teofane alla carta 104., e altri. Essere stati monasteri di questo medesimo instituto di Donne appresso i Greci si deduce dalla Imagine di S.Anna Greca, portata nel suo catalogo del P.Beurier al numero 35. che visse circa l'anno 760. E incerto di qual'abito fossero vestite, queste monache, è probabile sia stato vario, essendo stati molti monasteri, nelli quali era il costume di sempre cantare le lodi Divine, nè si sà se havesse la prima origine dalli Greci, ò pure dalli Latini. Afferma S. Bernardo, nella Vita di S.Malachia, che in alcuni monasteri era sì grande il numero delli Religiosi, che non s'interrompeva nè pure un momento il canto delle lodi Divine. Non manca chi afferma haver usato alcune di queste monache Greche una veste di color verde, fregiata con croce rossa, e una cappa ò mantello d'altro colore, con un velo nero in capo.

Sanctim Adorationis SS.mi Sacramenti

Moniales Perpetuæ Adorationis.

SS. EUCHARISTIÆ.

ANNA Auſtriaca, Galliarum Regina, & Ludovici XIV Mater, cum agnoſceret improborum Hominum contemptum erga Divinum Euchariſtiæ Sacramentum, decrevit Congregationem Monialium erigere, quarum munus perpetuò eſſet peculiari cultu illud venerari, ut eo modo, quo poſſet, injurias, Deo irrogatas compenſaret. Ad hunc finem ex Monialibus S. Benedicti elegit Matrem Catharinam de Bar dictam Mathildem à Sanctiſſimo Sacramento, quæ tunc temporis præerat Monialibus in Cœnobio Sanctiſſimæ Conceptionis Deiparæ Rambevillariæ oppidi Lotharingiæ in Diœceſi Tullenſi. Et Pariſiis die 2. Septembris anno 1654. initium habuit hoc pium Inſtitutum, Diplomate Regio primùm approbatum, deinde ab Archiepiſcopo Pariſienſi; & anno 1664 ab Emin. Cardinali Ghiſio, Alexandri VII. Pontificis Maximi Nepote, eo tempore in Galliis Legati à Latere. Suo Diplomate illud iterum confirmavit Cardinalis Ludovicus de Vandoſme, ſeu de Vandomo anno 1668., quæ omnia Innocentius XI. die 4. Decembris anno 1676. ſtabilivit. Demum Clemens XI. (poſtquam Piiſſima Poloniæ Regina ex Joanne Rege Vidua, evocatis ex Gallia aliquot ejus generis Monialibus hoc pium inſtitutum Romæ fundavit) anno 1705. confirmavit ejuſdem Conſtitutiones, quibus præſertim præſcribitur, cultus erga Divinam Euchariſtiam, quem præcipue exercent continua diu noctuque adoratione, ad quam ſe peculiari Voto obſtringunt. Quamobrem ſingulis horis aliquæ ex iis aliis invicem ſuccedunt, ut ante Divinum Sacramentum humi genuflexæ preces effundant. Militant hæ moniales ſub Inſtituto S. Benedicti, & nigra veſte cucullata induuntur cum velo nigro, e capite in humeros extenſo, geſtantque ante pectus auream imaginem Sanctiſſimi Sacramenti.

Monache dell'Adoratione DEL SANTISSIMO

SACRAMENTO.

LA Regina di Francia, Anna Auſtriaca, e Madre di Lodovico XIV. conſiderando il continuo diſprezzo, degli Huomini empii al Santiſs. Sagramento dell'Altare, riſolvè di fondare una Congregazione di Monache, le quali haveſſero per inſtituto l'adorare ſempre la Santiſs. Euchariſtia, acciòche in queſto modo veniſſero ricompenſate le ingiurie ad eſſa fatte. Eleſſe perciò da un Monaſtero dell'ordine di S. Benedetto la Madre Caterina de Bar, chiamata del Santiſs. Sagramento, allora Abbadeſſa nel Monaſtero della Santiſs. Concettione di Rambervillers, caſtello nella Lorena detta Dioceſi di Toul, e nel anno 1654. diede principio à queſto pio Inſtituto approvato dal Beneplacito del Rè, e dall'Arciveſcovo di Parigi. E poi nel 1664. dall'Emin. Cardinale Ghigi, nipote del Sommo Pontefice, Alexandro VII. quando era ſtato mandato in Francia Legato à Latere, e ſuſſeguentemente nell'Anno 1668. fù di nuovo confermato dal Card. Ludovico di Vandomo, e reſtarono perfettamente ſtabiliti tutti queſti Diplomi con Bolla delli 14. di Decembre nell'anno 1676. del Sommo Pontefice Innocenzo XI. Finalmente nell'anno 1705. il Sommo Pontefice Clemente XI. confermò le Conſtituzioni di queſto Inſtituto, ad Iſtanza della Piiſſima Regina di Polonia vedova dell' Invitto Rè Giovanni, dopo che fatte venire à Roma alcune Monache di Francia vi ſtabilì un Monaſtero di queſto pio Inſtituto. Nelle dette Conſtituzioni ſi preſcrive la contiua adorazione del Santiſſimo Sacramento, onde queſte buone religioſe dì, e notte, ſuccedendo à vicenda le une alle altre, ſtanno genufleſſe in orazione avanti l'altre, ove ſi conſerva. Militano ſotto la Regola di S. Benedetto, e non differiſcono nell'abito nero dalle altre Benedittine, ſe non che portano ſempre avanti il petto pendente l'imagine del Santiſſimo Sagramento dell'Altare.

Sanctim: S. Agnetis Dordraci

S. AGNETIS.

Dordraci.

NOMEN sumpserunt hujus generis moniales à Templo, Divæ Agneti dicato, quod anno 1491, extruxit eques Gerardus Heemskerke à consiliis Joannis Bavariæ Ducis, Dordraci Urbis Hollandiæ prope Monasterium, quod erectum fuerat anno 1326. Illud Nobilis Fœmina, in Norvegia nata nomine Walburga, ex suo ære redditibus auxit, ac se ipsam in eodem cum selectis Virginibus Deo obtulit, Ibi juxta Regulam D. Augustini suos mores instituerunt, & Divinas laudes persolvebant, veste alba indutæ, addito scapulari, pariter albo: Caput velamen nigrum tegebat, & crispatum collare cervicem circumdabat. Votis Religiosorum devinctæ in Clausura vivebant, & moniales Divæ Agnetis vulgo vocabantur. At ob Hæreses in Hollandia sparsas jam penitus defecerunt.

DI S. AGNESE

In Dort.

FUrono così chiamate queste Monache per una Chiesa, dedicata alla Vergine Santa Agnese, e fabricata dal Cavaliere Gerardo Heemskerke, consigliere di Giovanni, Duca di Baviera, in Dort Città dell'Olanda circa l'anno 1491. vicina ad un Monastero già prima fabricato nel 1326., e dotato delle sue facoltà da una nobile matrona della Norvegia, chiamata Valburga, la quale in compagnia di alcune nobili fanciulle si dedicò in esso à Dio. Ivi sotto la Regola di S. Agostino vivevano religiosamente, e attendevano agli ufficii Divini, chiamate communemente le Monache di S. Agnese. Vestivano di tonaca, e patienza bianca di lana: coprivano il capo con velo nero, e attorno al collo portavano un collare composto con molte crespe di tela sottile di lino; osservavano clausura, e gl'altri voti di Religiose. Adesso però sono totalmente mancate à cagione delle Eresie, sparse per li stati di Olanda.

Sanctimonialis S. Ambrosij

IV

Moniales, quæ dicuntur

D. AMBROSII.

VIXIT circa annum 360. Marcellina Virgo, S. Ambrosii Soror, quæ à tenera ætate Deum tanquam sponsum diligens, à Parentibus precibus obtinuit Virginitatem solemni professione Deo offerre: Hac de causa S. Liberius Papa, die natalis Domini, in Templo D. Petri in Vaticano, ubi concursus fuit innumerabilium puellarum, invicem de ejus societate certantium, illam velo, ac ceteris Sacræ Religionis vestimentis Christi Domini Sponsam effecit. Mortuis deinde Parentibus, mediolanum profecta D. Ambrosii adiuta præsidiis, & admonitionibus instituta, nihil præter simplicem habitum, & viles cibos de patris hæreditate requirebat, & continuis jejuniis, & vigiliis macerans artus, nunquam ab Oratione, aut Scripturarum meditatione cessabat. Ejus exemplo ingens Virginum numerus Deo se dicavit: quare D. Ambrosius loquens cum ipsa in libro primo de Virginitate sic illas describit. *De Placentino sacrandæ Virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt ex ultimis citra ultraque mauritaniæ partibus deductæ Virgines hic sacrari gestiunt, nunc canticis spiritualibus personare, nunc victum operibus exercent, liberalitatis, quoque subsidium manu quærunt &c.* Dedisse eis documenta Vitæ D. Ambrosium, nullus est qui dubitet. Nescimus cujus formæ quove colore imbutæ fuerint vestes. S. Marcellinam fundatricem ea forma expressit P. Beurrier in suo catalogo num. 19. quam imago hic exposita demonstrat. Mediolani sunt Moniales, quæ S. Ambrosii nomen retinent; nunc tamen militant sub Regula Cisterciensium veste candida indutæ cum velamine capitis nigro.

De diva Marcellina scripsit Jacobus Philippus Bergomensis, ordinis Eremitorum S. Augustini, in libro de claris mulieribus cap. 130.

IV

Monache dette

DI S. AMBROGIO.

VISSE in Roma circa l'anno 360. S. Marcellina, Sorella di S. Ambrogio, la quale fino dalla puerizia bramò consacrarsi per sposa à Dio; onde ottenne dalli Genitori di poter fare una publica professione di Virginità. Per questa cagione S. Liborio Papa nel giorno del S. Natale, la vestì con il sacro velo, e altro abito religioso nella Chiesa di S. Pietro in Vaticano, ove era concorso numero grande di nobili Fanciulle, desiderose d'imitarla. Si trasferì poi in Milano dopo la morte delli suoi Genitori, ove fu ammaestrata dal S. Fratello Ambrogio, nè altro ritenne della paterna eredità, che una semplice veste, e sufficiente alimento per vivere, impiegando i giorni nella continua meditatione dalle Sacre Scritture, e macerando il suo corpo con digiuni. Mosse dal dilei esempio molte si dedicarono à Dio; onde parlando con essa S. Ambrogio nel libro primo della Virginità, dice che da molti Paesi, e fino dalla Mauritania accorrevano fanciulle per eleggere quella vita, e attendevano ora alle orazioni, ora alle fatiche corporali, per guadagnarsi il vitto. Essere state queste Religiose ammaestrate dal S. Arcivescovo non si può dubitare, non si sà però di qual forma, nè di qual colore fossero le loro vesti. Quelle Religiose, che in Milano si dicono di S. Ambrogio, vivono adesso sotto la Regola Cistercience, vestite di bianco, con velo nero in capo. Il detto Beurrier nel suo catalogo al numero 19. espose l'effigie di S. Marcellina, vestita come in questa imagine si vede.

Di essa scrisse Giacomo Filippo di Bergamo, Eremita di S. Agostino nel suo libro delle Donne illustri al capo 130.

Monialis nomine Angelica

V

Moniales

ANGELICÆ MEDIOLANI.

LUDOVICA Taurella Guastallæ comitissa, anno 1500. post mortem Ludovici Stanghi nobilis Viri Cremonensis, cum quo matrimonium contraxerat, pietati ac Christianæ Charitatis operibus se totam addixit. Nobiles in primis puellas, quarum honestas ob inopiam in discrimine erat, in propriam domum Mediolani recepit, aluitq; fœminas etiam à meretricio quæstu removens, sub protectione S. Mariæ Ægyptiæ in alia collocavit, demum Guastallam vendidit, & octoginta millia nummorum impendit in extruenda domo eo in loco, ubi plurimæ impudicæ mulieres degebant, magnifico addito templo D. Paulo sacro, ibique ipsa, assumpto nomine Paulæ mariæ, cum facultate Pauli III. Pont. Max. nobilium fœminarum Monasterium instituit sub Regula D. Augustini, ad quas erudiendas electa fuit Bona Franciscæ Castilionensis, Ordinis S. Dominici monialis in Cœnobio, S. Lazari appellato. Earum Vestis alba erat cum scapulari pariter albo, cruce ante pectus distincto, anulo digitum exornabant, in quo Crux erat loco gemmæ. Singulis impositum fuit agnomen Angelicæ, ut ad virtutes incitarentur Angelorum proprias. Sed quia Clausuræ legibus non detinebantur, ut improbos ad pœnitentiam extimularent, non rarò supplicatione instituta, rudi amictu indutæ, velamine ante oculos extenso, funibus collo & renibus obvolutis, crucemque ante pectus ferentes per vias publicas incedebant, aliisque pietatis operibus honestos mores omnibus suadebant. At post aliquot annos perpetuam clausuram solemni voto elegerunt; in qua albis vestibus induuntur, & funem, e collo supra pectus pendentem semper gerunt. Hujus Cœnobii fundationem multo ante B. Amedeus ordinis S. Francisci prædixerat, cum anno 1460. dixit eum locum, quem impuræ fœminæ incolebant evasurum esse Sacrarum Virginum Viridarium.

V

Monache dette

LE ANGELICHE.

LODOVICA Torella, Contessa di Guastalla, nominata poi Pavola Maria, restata vedova di Lodovico Stanghi, nobile Cremonese, nel 1500. si applicò all'esercizio di molte opere pie, e in particolare nel raccorre nobili fanciulle, la pudicizia delle quali per la povertà era in pericolo, e ne formò come un Monastero nella sua casa in Milano; Congregò in altra molte donne di mala vita sotto la protezione di S. Maria Egizziaca, poi vendè Guastalla, e impiegò 80. mila scudi nella fabrica d'un Monastero detto di S. Pavolo in un luogo, ove stavano Donne di male affare, e si adempì la Profezia del P. Amadeo, quale nel 1460. disse, che quel luogo, ove stavano donne impudiche, sarebbe diventato un giardino di purissime Vergini. Aggiunse un magnifico tempio, dedicato à S. Pavolo, e mutato il nome, prese quello di Pavola Maria, e procurò dal Pontefice Pavolo III. facoltà di erigere un Monastero sotto la Regola di S. Agostino, e di eleggere per instruire le altre la Madre Bona Francesca di Castiglione Domenicana, dal Monastero di S. Lazzaro. Entrò con le altre nel 1535. con processione, e perche non si erano obligate à clausura, uscivano di quando in quando vestite in abito di penitenza, con velo cadente sul volto, con fune al collo, con croce fra le mani, congiunte al petto, invitando tutti alla riforma de' costumi. L'abito ordinario era bianco, e nella patienza parimente bianca, sopra il petto havevano una croce, sicome anche era scolpita in vece di gemma in un'anello, che portavano in dito. Elessero tutte non senza disposizione del Cielo il nome di Angeliche, per stimolarsi alle virtù proprie degli Angeli. Fu approvato questo instituto da Pavolo III., e durante il suo Ponteficato elessero vivere in Clausura, in cui usano abito bianco, e sempre portano pendente dal collo una corda in segno di humiltà, e penitenza.

S. Antonij in Syria

VI

Moniales

S. ANTONII

In Syria.

REFERT S. Athanasius, non tantùm Monachos fuisse in Ægypto, qui in D. Antonio *speculum habebant Vitæ Eremiticæ*, sed etiam Virgines Sacras, quæ S. Syncleticam, natione Alexandrinam, intuebantur. Vixit illa, ut refert Baronius anno 337. & quidem juxta Regulas, Monachis datas à D. Antonio; ille enim, ut narrat D. Hieronymus de statu Eccles. c. 88. misit ægyptiacè ad diversa Monasteria apostolici sensus, sermonisq; epistolas VII. quæ in græcam linguam translatę sunt, & in capita 48. dividuntur. In vigesimo septimo eorum circa vestes nihil aliud præscribit, nisi hæc verba. *Ne induas te vestimentis, quibus extollaris*. Quamobrem unicuique liberum erat eam vestem induere, quam aptiorem ad vitam monasticam arbitrabatur. Idem S. Hieronymus in Epist. ad Marcellam loquens de S. Asella. *Tunicam fusciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta.* Et ad Pammachium. *Esto nudis incedas pedibus, fusca tunica vestiaris &c.* Ex quibus verbis, tunicam coloris furui ut plurimum fuisse, educemur. Sunt in partibus Syrię apud Montem Libanum pię moniales, quę juxta Regulas D. Antonii vivere se profitentur, nigra veste, nigro velamine circumtectæ. Castitatis voto obstrictę in Clausura detinentur, non tamen ex voto, & ab una eorum ceterę gubernantur, Patriarcę & Episcopis Maronitarum subjectę; peculiaribus precibus occupantur, diuturnis jejuniis, aliisque piis operibus carnem macerant, & statutis horis divinas laudes alternatim concinunt.

VI

Monache

DI S. ANTONIO

Nella Siria.

ESSERE vissuti nell'Egitto non solamente Anacoreti, quali contemplavano S. Antonio come specchio della Vita solitaria, ma anche monasteri di Vergini, quali havevano per Idea di essa S. Sincletica, nativa di Alessandria, lo riferì S. Atanasio. Viveva quella, come riferisce il Baronio nel 337. conforme alle Regole prescritte da S. Antonio, il quale, secondo racconta S. Girolamo, scrisse sette lettere in lingua egittiaca, le quali furono tradotte in greco, e divise in 48. capi. Nel ventesimo settimo di essi altro non si dice circa l'abito, se non che debba essere modesto, e non fomento di superbia; perloche à ciascuno era libero il portar quello, che giudicava più conforme al suo stato. Dalle lettere però, da S. Girolamo scritte à S. Marcella, e à Pammachio, si cava, che per l'ordinario era di lana rozza, e di colore scuro. Vivono anche oggidì nelle parti della Siria, nelli contorni del Monte Libano, alcune Monache, le quali professano osservare la Regola di S. Antonio. Vestono perciò di nero, e hanno coperto il capo parimente di panno nero. Vivono in Clausura, obligate con il solo voto di Castità, e sono governate da una superiora, sotto la direzione del Patriarca, e delli Vescovi: recitano il Divino offizio nelle ore stabilite, osservano frequenti digiuni, e con altre pie opere vivono santamente.

Monialis Augustiniana

VII

Moniales

Ordinis Eremitarum

S. AUGUSTINI.

SIcuti ex D.Auguſtini præceptis quamplurimæ Eremitarum Congregationes exortæ fuerunt ſub vario nomine & habitu, quas poſtea Alexander IV. in unum Eremitarum S. Auguſtini Ordinem univit conſtitutione. *Licet Eccleſiæ* anno 1256. & veſtem uniformem nigram cum cucullis præſcripſit. Atque Gregorius IX. in Bulla *Dudum apparuit* corrigias nigras tribuit, & facultatem Domi veſtibus albis utendi, eiſdem legibus ſubjecit quotquot Monialium Cœnobia per orbem terrarum, ſub titulo D.Auguſtini militabant, à diverſis tum piis fœminis, tum viris, extructa eiſdemque nomen tribuit Eremitarum ordinis S. Auguſtini. Harum cœtum deinde multi Pontifices ſuis Diplomatibus confirmarunt, & Privilegiis auxerunt. Cæterum ex D.Auguſtini Regulis §.6. hæc verba habemus circa veſtes Monialium. *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus, nec ſint vobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola ſubter appareant, Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel ſpargat negligentia, vel componat induſtria.*) Verùm cum in omnibus fere mundi plagis hujuſmodi Inſtituti Cœnobia ſint, non tamen in omnibus eadem prorſus veſtis forma viſitur; aliquæ enim magis, aliæ minus religioſum cultum fovent. Imago quam exponimus B.Claram de Monte Falco repræſentat, celeberrimam inter Moniales Ordinis S.Auguſtini; nigra veſte & nigro velo tecta, ſub quo tamen aliud album latet. In aliquibus aliis cœnobiis vivunt moniales ſub Regula S.Auguſtini veſte alba indutæ cum ſcapulari nigro; ut in Cœnobio Romæ quæ Virginum dicitur, & S.Marthæ à D.Ignatio Lojola fundato, hyemis tamen tempore tunicæ albæ nigram veſtem ſuperaddunt.

VII

Monache

Dell'Ordine Eremitano

DI S. AGOSTINO.

SIcome nacquero molte Congregationi di Religioſi, quali tutte con diverſo nome, e abito facevano profeſſione di vivere ſecondo li precetti dati dal S.Dottore Agoſtino, e poi furono unite inſieme da Aleſſandro IV. con ſua Bolla nell'anno 1256. dando loro il nome di Eremiti di S.Agoſtino, e la forma d'un abito nero, al quale poi Gregorio IX. nella Bolla *Dudum apparuit* aggiunſe la cintura di pelle nera, laſciando la facoltà di portare in caſa la veſte bianca; così parimenti con queſte leggi furono obligate le Monache, quale militavano ſotto il titolo di S.Agoſtino ſparſe in vari Monaſteri, e furono chiamate ancor eſſe col nome di Eremite di S.Agoſtino: e ne tempi ſuſſeguenti furono da varii Sommi Pontifici confermate, e dotate di molti Privilegii. Del reſto circa l'abito delle Monache habbiamo, che S.Agoſtino nel Paragrafo ſeſto delle ſue Regole ſcriſſe queſte parole. *Il voſtro abito ſia ordinario, nè vi ſtudiate di piacere ò comparire per le veſti ma per li coſtumi, le coperture del capo non ſian sì ſottili, che poſſano traſparire le reticelle: Non vogliate havere i Capelli in parte alcuna ſcoperti, onde non reſtino per negligenza viſibili, ò pure compoſti con arte.* Eſſendo poi i Monaſteri di queſto Ordine ſparſi quaſi per tutte le parti del Mondo, non è sì uniforme il modo di veſtirſi, onde tutte appariſcano totalmente ſimili, imperciòche da chi più da chi meno ſi prattica la ſemplicità del veſtire religioſo. L'imagine quì eſpoſta è ſtata preſa dalla imagine della B.Chiara di Monte Falco, celebre per ſantità frà le Monache di queſt'Ordine. La loro veſte per lo più è nera, con il velo nero in capo, à cui però ne ſottopongono un altro bianco. In alcuni Monaſteri uſano veſte bianca, e ſcapulare nero, così in quello che in Roma ſi dice delle Vergini, e in quello di S.Marta fondato da S.Ignazio Lojola, in cui però uſano una ſopra veſte nera in tempo d'inverno.

Augustiniana Antiqua

VIII

Moniales

ANTIQUA

S. AUGUSTINI.

QUo nam tempore Moniales vivere incæperint sub Regula S.Augustini non adeo clarum est, ut possit aliquid certò affirmari; constat tamen illum floruisse circa annum 420.cujus anni ipse meminit in Epistola ad Isichium,verum etiam est ex tribus regulis, quæ ut opera Divi Augustini circumferuntur, solam tertiam certam esse ipsius, & fœminis datam, non Viris, in Epistola 109. quæ ad sororem de Vita eremitica est inscripta in primo Tomo operum ejusdem;librum autem de Vita eremitica non posse esse D.Augustini, cum in eo nominentur SS.Patres Benedictus,& Gregorius ætate posteriores, ut notat Cardinalis Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis in S.Augustino. Vocabatur ejus Soror Perpetua,quæ,Divini Sponsi amore incensa, solitariam Vitam elegit juxta Documenta Sanctissimi Fratris, quæ in prænotata Epistola leguntur, atque alias Virgines suo exemplo alliciens, mater fuit, & Institutrix plurimarum Sanctimonialium. Qua nam veste, vivente S.Perpetua, uterentur, diversimodè opinantur Scriptores. In antiquis imaginibus repræsentatur nigra tunica induta cum lineo Rocheto superimposito, & capite sustinens quoddam pannum crucibus rubeis exornatum, ut subjecta Icon demostrat à P.Beurrier num.24. sui Catalogi collocata.

VIII

Monacha antica

DELL' ORDINE

DI S. AGOSTINO:

NON è sì chiaro appresso li Scrittori in qual tempo fusse instituita la prima Congregazione di Vergini sotto la Regola di S.Agostino,onde si possa di certo asserire.E chiaro però, che il santo fiorisse nel 420.facendo egli stesso menzione di tale anno nella sua lettera ad Isichio. Parimenti è certo, che il S.Dottore di trè Regole, quali volgarmente si dicono scritte da lui, solamente dettasse la terza non per gli huomini, ma per le Donne,registrata nella lettera 169.scritta alla sua sorella intorno alla Vita solitaria,non potendo esser vera quella scritta per gli huomini, mentre ivi si nominano li Santi Padri, Benedetto, e Gregorio, dopo di lui vissuti come nota saggiamente il Cardinale Bellarmino sopra gli Scrittori Ecclesiastici. Perpetua si chiamava la di lui S. Sorella, la quale infiammata di Amore del suo sposo celeste,elesse di vivere ritirata dal commercio umano, secondo i documenti dati dal suo Santo Fratello, onde allettate dall'esempio di lei molte altre,divenne madre,e fondatrice di tale Ordine. Qual fosse l'abito, usato da esse, varie sono le opinioni:Le Pitture antiche rappresentano S.Perpetua,vestita di nero con un candido Rochetto, coperto il capo con un panno, pendente à guisa di manto, tutto ornato di Croci rosse, come qui apparisce nella figura presa dal Catalogo delle Sante fondatrici del P.Beurrier.

Augustiniana discalceata in Hispania

IX

Moniales

S. AUGUSTINI

Excalceatæ in Hiſpania.

CUm in Regnis Hiſpaniarum Congregatio Eremitarum excalceatorum Sancti Auguſtini ſtabilita fuiſſet circa annum 1585. ut ſcripſit P. Thomas de Herrera in ſuo Alphabeto; Maria de Jeſu, ſeu de Covarrubias in Oppido de Torrijos in Regno Toletano, e nobilibus parentibus nata, & in Cænobio toletano S. Urſulæ cæleſti ſponſo ſacra, circa annum 1587. divini ſpiritus impulſu prima fuit, quæ Reformationem induxit excalceatarum monialium, litteris datis ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem, quas ille magiſtris Fratri Petro de Roxas, & Fratri Ludovico de Leon Caſtellæ tunc Provincialibus remiſit; iiſque in Comitiis Toletanis ſub Gregorio Elparenſi totius Ordinis Generali habitis, id executioni mandarunt. Deinde anno 1589. Matriti primum Cænobium Monialium excalceatarum extruxit nobiliſſima Fœmina Prudentia, e Familia Grilla, quæ ob mortem nobilis Viri, cui erctiſſimis amicitiæ legibus erat obſtricta, ſuas opes erogavit in pium opus, excitavitque Cænobium ſub invocatione S. Eliſabeth, in quo cum aliis ſelectis nobilibus fœminis tria vota juxta Conſtitutiones Patrum Eremitarum excalceatorum profeſſa eſt, ſub quorum directione aliquot annis ſanctè vixerunt, donec anno 1600. earum curam Patribus Eremitis non diſcalceatis renuntiarunt. Inſignia deinde per Hiſpaniam harum monialium Cænobia erecta ſunt. Veſtis earum non differt ab indumento Virorum, niſi quòd loco Caputii velo nigro caput operiant.

Hæc narrantur in hiſtoria Patrum Excalceatorum ab Andrea de S. Nicolao hiſpanice ſcripta tom. 1. pag. 163.

IX

Monache ſcalze

DI S. AGOSTINO

In Spagna.

ESSENDOSI ſtabilita nelle Spagne la Congregazione delli Padri Eremitani di S. Agoſtino ſcalzi circa l'ann. 1585. come riferiſce nel ſuo alfabeto il P. Tomaſo de Horrera, la madre Maria di Gieſù, overo di Covarrubias, nata di ſtirpe nobile nel Regno di Toledo, e monaca nel monaſtero di S. Orſola di Toledo, per divina inſpirazione fu la prima promotrice di queſta Riforma nel 1587. conſcrivere al Rè Filippo II. à fine di ottenerne ajuto, il quale commiſe il negozio al P. Pietro de Roxas, e al P. Lodovico di Leone in quel tempo Provinciali nel Regno di Caſtiglia, quale poi lo terminarono nel capitolo di Toledo ſotto il Governo di Gregorio Elporenſe Generale di tutto l'Ordine. Nell' anno poi 1589. fù fondato in Madrid il primo Monaſtero di Monache ſcalze dalla nobiliſſima matrona Prudenza del Grillo, la quale eſſendo accaduta la morte di un Cavaliero molto ſuo familiare, impiegò le ſue richezze nella fabrica del Monaſtero con il titolo di S. Eliſabetta, in cui aſſieme con altre nobiliſſime Donne ſi rinchiuſe, e profeſsò la vita dalle Monache ſcalze ſotto la direzzione delli Padri ſcalzi di S. Agoſtino, ſinche nell'ann. 1600. rinuntiarono queſti la cura alli Padri Eremitani, e dopo la prima fondazione crebbero molti altri ſimili monaſteri in varie parti della Spagna: l'abito di eſſe non è differente da quello dell'Religioſi, ſe non in quanto in luogo del Capuccio cuoprono il capo col velo nero.

Tutto ciò è cavato dalla Iſtoria delli Padri ſcalzi ſcritta dal P. Andrea di S. Nicolò tom. 1. pag. 163.

Augustiniana discalceata in Lusitania

X

Moniales excalceatæ

Ordinis

S. AUGUSTINI

In Lusitania.

CUm in Regnis Hispaniarum monialium excalceatarum Ordinis S.Augustini bonus odor latè diffunderetur, & sanctitatis exemplo nobiles Fœminæ ad vitæ rigorem allicerentur; in Lusitania etiam florere cæperunt ejusmodi Instituti Religiosæ. Earum Cœnobium extruxit anno Domini 1663. sub Invocatione S.Augustini D.Aloysia Ioannis IV. Lusitaniæ Regis uxor in Valle dicta de Xabregas extra muros Urbis Ulyssiponensis. Veste utuntur hæ moniales ex panno laneo rudiori albo; diebus tamen festis aliam superaddunt nigram: Supra vestem albam, quam coriaceo & nigro cingulo circa lumbos stringunt, scapulare pariter album ante retroque, e collo dependet. Mantellum insuper gestant nigrum usque ad terram protensum. Caput contegunt lineo & rudi amictu albo, quod ante vultum usque ad oculos pendet, sed retro usque ad lumbos protenditur. Velamini huic albo aliud impositum est nigrum ultra quinque palmos extensum. Præter tria Religionis Vota, quartum profitentur, quo à Colloquio cum externis, etiamsi consanguinei sint, prohibentur. Si forte à medico vel Confessario visitari opus sit, velamen addunt à capite usq; ad terram circumquaque ita productum, ut nunquam earum vultus inspici possit. Excalceatæ vivunt & sandaliis ex canabe utuntur.

X

Monache scalze

DELL' ORDINE

DI S. AGOSTINO

In Portogallo.

DIffondendosi la fama delle Monache scalze dell'Ordine di S.Agostino, fondato nelli Regni di Spagna, furono in altri luoghi allettate dall'esempio loro altre nobili Donne ad elegere quel rigore di Vita. Che perciò nell'anno 1663. D.Luisa, moglie di Giovanni IV. Rè di Portogallo, fondò presso la Città di Lisbona un monastero di tale Instituto nella valle detta di Xabregas. Usano queste monache nelli giorni feriali tonaca, e patienza, di panno grosso bianco, e nelle feste la portano nera, cinta ne lombi con la cintura nera congiunta con fibbia di ferro. Portano anche un lungo mantello nero fino à terra. Sopra il capo hanno un panno bianco di lino pendente fino à gl'occhi, e sopra esso un altro, quale dietro alle spalle si stende quasi sei palmi. Vivono scalze con sandali di Canape. Oltre li trè voti comuni di Religione, ne aggiungono il quarto di non parlar mai con gli Esterni, etiandio parenti. Se occorre il bisogno di essere visitate dal medico, o dal Confessore, in tal caso pongono in testa un denso velo, che pende per tutte le parti fino à terra in modo, che non è mai possibile vederle in volto.

Poenitens ordin: S. Augustini Romę

XI

Mulier Pœnitens Ordinis S. AUGUSTINI Romæ.

PRæter Sanctimoniales Virgines, quæ cæleſti ſponſo in Cœnobiis clauſæ ſe totas manciparunt, Religioſæ etiam inveniuntur, quæ, cum per aliquod tempus impudicam vitam traduxerint, amore pœnitentiæ ductæ ſe Deo dicare decreverunt. Plures earum in Chriſtiano Orbe ſunt Claſſes, diverſis Religionum Inſtitutis aggregatæ. Romæ in primis inſigne Cœnobium eſt præter alia duo ejuſdem generis, in quo quinquaginta earum vitam traducunt. Illius fundamenta poſuerunt circa annum 1628 ſeptem ſupra viginti ex illis, quæ in Cœnobio erant, S. Mariæ Magdalenæ dicato in Via Flaminia, poſtquam Deo impellente rigidioribus Pœnitentiæ legibus ſeſe ſubmittere decreverunt. Quamobrem facultate impetrata ad aliam domum ſe contulerunt in Tranſtiberina Regione ſitam prope portam Septimianam, juxta Templum D. Jacobo dicatum, atque in ea in formam Cœnobii redacta arctiorem clauſuram amplexæ ſunt, ibique Deo vacant ab omni humano commercio ſemotæ. Solos ob id conſanguineos primi vel ſecundi gradus aliquando alloquuntur, & vultum laneo velamine contegunt, quod nigrum eſt, ſicuti etiam Veſtis & cappa uſque ad genua protenſa quo colore pœnitentia indicatur ſcapulare tamen album gerunt. Regulam D. Auguſtini proſequuntur, additis conſtitutionibus, quibus rigidiorem vitæ tenorem moderantur. Earum regimini aliquot Pii Viri ſunt addicti, quibus unus ex S.R.E. Purpuratis præeſt.

Abbas Carolus Bartholomæus Piazza illas retulit in Tract. 4. cap. 14. de piis operibus Romæ.

XI

Donne Penitenti Dell' Ordine DI S. AGOSTINO In Roma.

OLTRE li varii Ordini, che delle Monache Vergini ſono ſparſi per il mondo Chriſtiano, molti ſe ne numerano di Donne, quali viſſute impudicamente nel ſecolo, abominando poi le colpe commeſſe ſi conſacrarono à Dio, e vivono con eſercizii di penitenza, aggregate à diverſi Religioſi Inſtituti. In Roma principalmente è un inſignè Monaſtero di queſto genere, à cui fù dato principio nell'anno 1628. ſotto il Pontificato di Urbano VIII. Imperoche ventiſette monache del monaſtero delle Convertite, dedicato à S. Maria Madalena nella Via Flaminia, inſpirate da Dio à vivere più ſantamente, e con ſtretta oſſervanza, ottenuta facoltà, ſi trasferirono ad una caſa poſta preſſo la porta Septimiana, e unita ad una Chieſa dedicata à S. Giacomo, e in eſſa, havendola ridotta in forma di monaſtero, eleſſero ſtretta clauſura, e Vita rigoroſa, che ſantamente oſſervano. Sono queſte cinquanta di numero, aſcritte alla Regola di S. Agoſtino, ubedendo à particolari Conſtituzioni proprie di perſone Penitenti, e in tale monaſtero ſi ammettono quelle, che veramente contrite laſciano la Vita diſoneſta: uſano in ſegno di penitenza veſte nera con un mantello nero ſteſo ſino alle ginocchia ma uſano patienza bianca: oltre un velo nero, che ſempre portano in capo, ne aggiungono un altro, quale cuopre il volto allora che devono parlare con perſone eſterne; onde affatto ritirate dal Commercio humano, non ſi laſciano vedere da alcuno, eccetto Parenti di prima, e ſecondo grado. Tale monaſtero è governato da una Congregazione di huomini pii ſotto la direzione di un Cardinale di S. Chieſa.

Di eſſe fece menzione l'Abbate Carlo Bartolomeo Piazza nel cap. 14. del Trattato 4. delle opere piè di Roma.

Monialis S. Augustini Venetijs.

XII
Auguſtiniana
In Monaſterio Virginum Venetiis.

IMAGO iſta Sanctimonialem indicat monaſterii, quod Venetiis olim vocatum Sanctæ Mariæ in Hieruſalem, nunc dicitur Virginum; Veſtis illarum alba eſt & velamen capitis nigrum; Regulam S. Auguſtini profitentur. Primum hujus Cænobii lapidem poſuit anno 1177. Alexander III. Summus Pontifex, eo tempore Venetiis degens, à quo poſt longum ſchiſma Fridericus Imperator expiationem ex Eccleſiæ ritu accepit, & pacis oſculum retulit. In eodem Cænobio religioſam vitam elegit Julia, ejuſdem Imperatoris filia cum aliis duodecim Virginibus ex nobili ſtirpe ſelectis, fuitque prima Abbatiſſa. Illud ſuo ære dotavit Sereniſs. Dux Venetiarum Sebaſtianus Zianus; quamobrem Pontifex perpetuum in illo Dominium futuris Venetiarum Ducibus conceſſit. Ob eandem cauſam cum nova Abatiſſa à monialibus eligitur, eam Dux ipſe approbat, & Summus Pontifex peculiari diplomate confirmat; Ut tamen munus ſibi impoſitum exerceat, idem Dux, aliquorum Adminiſtrorum ſelecto numero comitatus, intra ſepta monaſterii Pontificium diploma confirmationis jubet è ſuggeſta pronunciari: deinde juxta ritus in Pontificali Romano præſcriptos electa Abatiſſa conſecratur, & Juramento ab eadem præſtito, ipſa à Sereniſſimo Duce deſponſatur, duplici annulo digito ejus impoſito, quorum alter S. Marci effigiem, alter verò Zaphirum lapidem oſtentat. His peractis ab una ex Monialibus oratio in ejus laudem latinè habetur. Quando demum e vivis Abatiſſa deceſſit, Juſta illi perſolvuntur eodem ritu ac pompa, quam Sereniſſimis Ducibus demortuis Reipublicæ Venetæ leges decreverunt.

Omnia hæc excerpta ſunt ex Archivo ejuſdem Cænobii, de quo multa retulit Franciſcus Sanſovinus in deſcriptione Vrbis Venetæ cum additione Joannis. Stringæ pag. 127.

XII
Monaca Agoſtiniana
Nel Monaſtero
Delle Vergini in Venetia.

L'Abito di queſta imagine è bianco con il velo del capo nero uſato dalle monache del monaſtero di Venezia, nominato per l'addietro di S. Maria in Geruſalemme, hora detto delle Vergini, quali vivono ſotto l'Inſtituto di S. Agoſtino. Fu queſto fondato nell'anno 1177. da Papa Alexandro III. allora che dimorava in Venezia, ove dopo lungo ſciſma aſſolvè dalle Cenſure l'Imperatore Federico, detto Barbaroſſa, quale in ſegno di perfetta riconciliatione ſi compiaque che una ſua figliuola, chiamata Giulia, elegeſſe vita religioſa con altre dodici fanciulle nobili nel detto monaſtero, ove eſſa fu la prima Abbadeſſa. Queſto fù dotato da Sebaſtiano Ziani, allora Doge di Venezia; che perciò il Pontefice concedè à lui, e tutti i Dogi ſucceſſori, il dominio di eſſo: onde, quando ſi elegge dalle monache nuova Abbadeſſa deve eſſere approvata dal Doge, e confermata con Breve particolare dal Papa. Per tal cagione il Doge, accompagnato da alcuni principali Miniſtri, e deputati del Senato, fatta l'elezione entra nel monaſtero, ove fa leggere il Breve Pontificio, e dopo ſi conſacra l'Abbadeſſa eletta nel modo preſcritto nel Pontificale Romano, e fatto da eſſa il giuramento, viene ſpoſata con ſolenne cerimonia dal medemo Doge con due anelli, uno de quali ha l'impronta di S. Marco l'altro un pretioſo Zaffiro. Viene poi termina queſta ſolenne funzione con una orazione latina in lode della Perſona eletta, recitata da una delle Vergini del monaſtero: Quando ſuccede la morte dell'Abbadeſſa, che dura tutta la vita, ſi celebra il funerale di eſſa con la pompa ſimile à quella preſcritta dalle leggi della Republica per li Dogi defonti.

Tutto ciò ſi è havuto dall'Archivio del medeſimo monaſtero, di cui molte coſe ſi riferiſcono nella deſcrittione di Venetia dà Franceſco Sanſovino ſtampata con l'addizione di Giovanni Stringa à carte 127.



Basiliana antiqua in oriente

XIII

Ordo

S. BASILII ANTIQUUS

In Oriente.

SANCTUS Basilius Magnus, vertente salutis anno 356. peregrinationem in Syriam & Ægyptum suscepit. In Patriam reversus monasticam disciplinam, quam ab Ægyptiis monachis didicerat, in Ponti Regionem intulit primus, exinde monasterium extruxit apud Iborim, quę parva erat civitas ad ripas Iris fluminis, in quo (ut refert S. Gregorius Nazianzenus in Monodia in magnum Basilium) *Ritum illud antiquum atque agrestem ad ordinem quendam ac Religioni proprium redegit*. Exinde Basilii Regula propagari cæpit in Cappadociam, Armeniam, & Partes reliquas Ponticæ Regionis, ut ex Bulla Gregorii XIV. quæ incipit *Benedictus Dominus*. Eodem tempore, quo monachorum Cœnobium apud Iborim fundatum est, Virginum quoque monasterium ibi S. Emelia Basilii mater, atque Macrina soror ejusdem sancti extruxerunt, ibique primùm Basiliana Regula coli cæpit à Fœminis, quarum regimen Macrina Virgo suscepit, virilis animi ac sanctitatis Fœmina. Illæ, ut refert S. Nissenus Epist. ad Olimpium, *Ad Angelorum vitæ similitudinem proximè accedebant*. Qua nam veste uterentur S. Macrinæ sociæ, non adeo compertum est, ut pro certo possit affirmari. Cilicinam vel saltem laneam fuisse constat interiorem, exteriorem verò ejus formæ, quam antiquissimę ejus imagines repręsentant, sicuti in nostra apparet exposita n. 15. in catalogo sanctarum impresso Parisiis ann. 1660. à P. Beurier. Quod indumenti genus clare explicuit Leo Allatius lib. 3. cap. 8. §. 11. de Eccl. Occid. cum Orient. perpetua consensione his verbis. *Indumentum nigrum ut plurimum, non tinctum, sed quod natura ipsa præstat, colore infectum, Maphorium (hoc est angustum pallium instar scapularis) eodem colore, manicæ bracchia & manus ad digitos usque obtegentes: Cuculla idest velum nigrum totum caput cooperiens, & superhumerale sine laciniis, omnia simplicia lanea, capillis capitis detonsi.*

De S. Macrina Lipomanus tom. 2. Surius die 19. Julii, & P. Jo. Baptista Salernus S. I. in specimine orientalis Eccl. cap. 8. §. 268.

XIII

Monache Antiche

DI S. BASILIO

In Oriente.

IL celebre Propagatore della disciplina monastica S. Basilio si trasferì nell' anno 356. nella Siria, e nell'Egitto, donde, havendo appreso il modo di vivere solitario da quelli monaci, tornò alla Patria, ove fondò un monastero appresso Ibori piccola Città alla riva del fiume Iri, in cui, come riferisce S. Gregorio Nazianzeno ridusse à miglior forma di Religione il modo di vivere solitario; Quindi poi cominciò à propagarsi la Regola di lui per la Capadocia per l'Armenia, nella Siria, e nella Palestina. Nel tempo stesso fu fondato un altro monastero per le Donne, vicino à quello degli Huomini, e questo fu il primo, in cui S. Emelia madre di S. Basilio con S. Macrina sua figliuola insieme con altre osservarono la Regola di S. Basilio. Riferisce S. Nisseno nella lettera ad Olimpio che vivevano quasi come Angioli. Qual veste usassero le dette monache non è cosa certa, si sà però che la veste interiore era di cilizio, ò almeno di Lana. L' esteriore usata da S. Macrina era come quì si esprime cavata dalle Pitture antiche, e posta al numero 15. del Catalogo delle Sante Donne publicato in Parigi l'anno 1660. dal P. Beurrier. La descrisse l'eruditoLeoneAllatio nel capo 6. del libro terzo della concordia delle Chiesa Orientale, e Occidentale con queste parole. La veste di essa per lo più, è nera non tinta con arte ma di colore nativo. Il Maforio, cioè un pallio angusto, che volgarmente si dice scapulare ò Patienza era del colore medesimo, le maniche della veste coprivano le braccia, e quasi tutte le mani. La Cocolla (intende il velo portato in capo) è il soprahumerale, cioè la sopra veste, era senza alcun ornamento, e tutto era di lana, i Capelli erano tosati &c.

Di S. Macrina scrissero il Lipomano tom. 2. il Surio alli 19. di Luglio, e di esse monache il P. Gio: Battista Salerno della Compagnia di Giesù nel trattato della Chiesa orientale cap. 8.

Basiliana in Partibus Occidentis

XIV

BASILIANA

In partibus Occidentis.

POstquam S.Basilius in silvis degerat crasso & rudi pallio indutus, ibique solitariæ vitæ leges Viris & Mulieribus dederat, ut ipsemet testatur in serm. 2. de Instit. Monachorum his verbis. *Verùm quia non Virorum modò conventus sunt, sed etiam Virginum, Cætera quidem omnia, quæcumque hactenus præcepta tradidimus, æque utriusque communia sunt.*) Eas leges etiam Sanctimoniales amplexæ sunt, non solùm in partibus Orientis, sed Occidentis; nam ex Græcia in exitu quarti sæculi diffusæ sunt per Italiam, Galliam, aliasque Regiones, sicuti refert S.Hieronymus epist.16. Itaque Neapoli an.365. Virginum Cænobium erectum fuit sub invocatione S. Patritiæ & anno 504. Romæ monasterium S. Gallæ juxta Basilicam D.Petri, aliaque Permulta Romæ, Neapoli, in Sicilia, in Calabria, de quibus mentionem fecerunt Baronius, Ughellius, & Eugenius, in quibus Basilianis Institutionibus floret sanctitas, & Religiosa viget disciplina. Formam indumenti tam in Occidente, quàm in Oriente similem fuisse Sanctimonialibus referunt; aliquas tamen illud gestasse album, aliquas nigrum affirmat Camillus Tutinus in sua historia. Anno deinde 1560. nigras vestes omnes elegerunt cum nigro scapulari, insuper nigrum velamen, quo caput obtegerent, usque ad genua protensum, aliud pariter velamen nigrum faciem eorum circumdat & pectus contegit; Famulæ tamen, que vulgo *Conversæ* appellantur album velamen capite gestant.

XIV

MONACA BASILIANA

Nell' Occidente.

HAvendo il gran Basilio promulgate le sue Regole non solamente per gli Huomini, ma anche per le Donne come egli l'afferma nel serm.2. de Inst. Monach. cominciarono queste ad osservarle non solamente nelle parti orientali ma nell'occidente, ove furono fondati molti monasteri. Così in Napoli nel 365. fu fondato quello di Santa Patritia, in Roma nel 504. quello di S.Galla presso la Basilica di S.Pietro, quello della SS.Annutiata detto in San Basilio, altro in Campo Marzo, e così in molte altre parti, delli quali fecero mentione il Baronio, l'Ughellio, e Eugenio, e ora molti ne sono in Sicilia in Calabria, Germania, e Polonia ove fiorisce la monastica disciplina di S.Basilio. La veste di queste monache non differì da quella delle orientali in quanto alla forma, benche in alcuni monasteri variasse il colore, usandolo alcune nero, altre bianco, di lana semplice, e portando in capo una legatura all'usanza greca molto modesta, come asserisce Camillo Tutino nella sua istoria, ma poi circa l'anno 1460. cominciorono à usare le vesti nere, con una patienza, e un velo grande nero dal capo fino alle gambe, e attorno al volto un altro velo che pende sopra il petto, eccettuate quelle che si dicon Converse, qual portano il velo bianco.



Basiliana cum Cuculla

XV

BASILIANA

Cum veſte Eccleſiaſtica.

SICUTI pene omnibus ſanctimonialibus, quæ ſub Regula S. Penedicti vivunt, ita pariter Sanctimonialibus S. Baſilii commune eſt ſuperindumenti genus, quod communi vocabulo dicitur *Cuculla*. Varium fuiſſe nomen Cucullæ notat P. Mabylonus ita Præfat: ſæculi V. SS. Benedict. pag. 41. Clemens V. in litteris de ſtatu monachorum editis in Concilio Viennenſi ad vitandam ambiguitatem declarat ſe *Cucullæ nomine intelligere habitum longum, & amplum, ſed manicas non habentem*, quod eſt *ſcapulare*, nomine verò *Flocci habitum qui longas & amplas habet manicas*. Hujuſmodi indumento utuntur Sanctimoniales S. Baſilii, cum Divinis officiis interſunt, quod *Cucullæ* nomine ab omnibus modò indicatur ſicuti etiam deſcripta fuit in Apologia Henrici IV. his verbis *Cuculla dicitur veſtis cucullata propter cucullum, qui eſt capitis operimentum*. Igitur Cuculla eſt tunica talaris & cucullata, atque manicata, habens ſpeciem Crucis per quatuor partes extenſæ. Variam fuiſſe olim Cucullæ formam, fusè explicat idem eruditiſſimus Scriptor Mabilonus, Quo nam tempore ejus uſus apud monachos incæperit, non levis controverſia eſt apud Scriptores.

Imago à nobis expoſita crucem manibus præfert, ut ex ea ritus innoteſcat, quo Baſilianæ Sanctimoniales Deo conſecrantur. Illis enim Abbatiſſa crucem porrigit vel argenteam vel æream, qua ſignificatur, ab eis Chriſti crucem libenter amplecti, ut cum ſponſo Cruci affinæ uſque ad mortem S. Baſilii leges profiteantur.

XV

MONACA BASILIANA

Veſtita di Cocolla.

USANO le monache di S. Baſilio (ſicome quaſi tutte quelle, che militano ſotto la Regola di S. Benedetto) nelle funzioni del coro, una ſopraveſte, comunemente detta Cocolla. Eſſere ſtata varia le ſignificazione di queſto nome, notò il P. Mabillone nella Prefatione alli Santi Benedettini del ſecolo quinto à carte 41. Clemente V. nelle lettere ſpedite nel Concilio Viennenſe ſopra lo ſtato monacale, per fugire l'ambiguità dichiarò, che per il nome di Cocolla intendeva un abito longo, e largo privo di maniche, con altro nome detto ſcapolare, e che con la voce Fiocco intendeva un Abito il quale haveva maniche lunghe è larghe. Hor di queſto ſi veſtono le monache Baſiliane, quando devono intervenire alle funzioni ſacre, e adeſſo da tutti comunemente ſi ſpiega con il nome di Cocolla; ſicome fu deſcritta anche nell'Apologia di Enrico IV. Eſſere ſtata varia per l'addietro la forma di tal veſte eruditamente ſi ſpiega dal medeſimo Padre Mabillone. In qual tempo poi haveſſe principio l'uſo di quella appreſſo alli monaci, varie ſono le opinioni delli Scrittori. L'imagine quì delineata porta in mano una croce, dalla quale ſi accenna il Rito, con cui ſi conſacrano à Dio le monache di S. Baſilio; poiche ad eſſe ſuole l'Abbadeſſa conſegnare una croce ò di argento ò di altro metallo, acciòche intendano dover vivere ſino alla morte crocifiſſe con il loro ſpoſo, nella oſſervanza dell'Inſtituto abbracciato.



Beghina Antuerpiæ

XVI

ORDO

BEGHINARUM

Antuerpiæ.

IN Galliarum loco Avenna fuit monasterium, à S.Begga institutum circa annum 690. Illam ex monasterio S.Gertrudis utriusque sexus chorum, scilicet Canonicorum, & Canonissarum, sub forma regulari viventium, convocasse scribunt, *ubi voto se obligaverunt Deo servire usque ad finem vitæ.* Sic enim in gestis S.Beggæ habetur. At post aliquot annos cum regularis observantia defeciſſet,Paschalis II. brevem quamdam honestæ vitæ formulam, sine tamen Votorum obligatione, manente vita communi, sub Abbatissarum regimine Virginibus ibidem degentibus præscripsit, quam hactenus servari dicunt.HancSodalitatem confirmaruntGregorius II.Bonifacius X.Martinus III. Eugenius IV. & Nicolaus V. Veste induuntur nigra, caput quodam bireti genere contegunt, ut Icon repræsentat, Pallium insuper nigrum, e capite usque ad talos dependet,& pectus contegunt albo velamine, ut fere omnes Sanctimoniales.Matrimonium possunt contrahere, si lubeat, tributa, quadam pecuniæ summa in bonum pauperum Beghinarum. Qui plura cupit, legat Joannem Mauburnum in Venatorio lib.3. cap.21. claudium Enspencæum lib.2. de continentia cap.12.Molanum & Pennottem lib.3. cap.49. n.3.

XVI

BEGHINE

Di Anversa.

IN un luogo della Fiandra detto Avesnes, fù un monistero fondato circà l'anno 690. da S.Begga, e si racconta, che vi fondasse un Collegio di Canonici, e Canonichesse, le quali si obbligassero con voto à perseverarvi sino alla morte con osservanza regolare, come nella Vita di S.Begga si legge.Mà perche poi nel decorso degli anni mancò l'osservanza sudetta, Il Pontefice Pasquale II. prescrisse un tenore di vita comune, libera dalli Voti per le fanciulle quali volessero osservarla sotto la direzione d'una Abbadessa, e questa ancora persevera. Gregorio II. Bonifazio X.Martino III.Eugenio IV., e Nicolò V. confermarono questa pia congregazione. Usono queste Donne veste nera e positiva, coperto il capo come quì si vede,il petto è coperto de un panno bianco,come usano universalmente tutte le monache, e hanno un manto, quale dal capo pende sino à terra. Se à loro piace possono maritarsi, con lasciare una certa limosina alle Beghine povere.Molto più di esse racconta il Mauburno nel libro 3. cap. 21. Claudio Espenceo lib.2. della Continenza al capo 12. il Molano, e il Pennotto lib. 3. cap.49. num.3.

Sanctimonialis S. Benedicti

XVII

Moniales

S. BENEDICTI.

SAncto Benedicto sororem fuisse Scholasticam nomine, notissimum. est. Hæc, vitæ religiosæ studio, fratrisque exemplo accensa, monasterium Plumbariolæ quatuor milliaribus à Monte Casino distantis, construxit, Illud postea fuisse opibus ditatum à Tasia uxore Rachis Regis Longobardorum, ejusque filia Ratruda, quæ in eo regularem vitam duxerunt, sicut Rachis monachi habitum induit, regnante Zacharia Pontifice, refert ex chronico antiquo Cardinalis Ostiensis cap. 8. In eo Scholastica documenta, accepta à S. Benedicto, suis Monialibus inculcabat, adeo ut hæ magnos in virtutibus fecerint progressus; & quemadmodum nonnulli discipuli S. Benedicti vitam agebant in monasteriis communem, alii in Eremis privatam; ita Fœminarum quædam hujus Ordinis non modò publicum, sed etiam quodvis consortium fugiebant. Cum in avia deserta secedere per sexum non liceret, in domibus, templo vicinis, se abdebant, & obedientiam Abbati præstabant. Hoc vitę Institutum sequute sunt plurimæ. Quæ vitam colebant Cœnobiticam, seu communem, dicebantur *moniales*; quæ verò domi reclusæ degebant privatim *Devotæ* appellabantur hodie vero dicuntur *Beatæ*. Moniales Vestem habent monasticam cum cucculla nigra, ut monachi, sed loco caputii velamine nigro caput contegunt.

Hæc narrat Antonius Tepes in Chronico Benedict. ad annum Christi 532. *S. Benedicti* 52. *cap.* 4.

XVII

Monache

DI S. BENEDETTO.

SAnta Scolastica, sorella di S. Benedetto, mossa dall' esempio del Fratello, e accesa di desiderio della vita monastica, fondò un monastero quattro miglia distante da Monte Casino in un luogo, detto Piombarola, il quale poi fu dotato da Tasia, moglie di Rachi, Rè de' Longobardi, e sua figliuola Ratruda, le quali vissero ivi monache, sicome il Rè fù vestito monaco in Monte Casino nel tempo del Sommo Pontefice Zaccaria, come riferisce nella sua cronica il Cardinale Ostiense al capo 8. In detto monastero S. Scolastica governò le altre monache con le Regole, à lei date da S. Benedetto; onde sicome frà i discepoli di esso molti vivevano nelli monasteri, altri nelle solitudini privatamente; così frà le donne alcune, non essendo loro lecito di stare sole in luoghi deserti, vivevano chiuse nelle case, vicine alla Chiesa sotto l'obedienza dell'Abbate, e altre vivevano vita comune nel monastero, ed erano chiamate Monache, e le altre si dicevano Devote, ed ora si chiamano Beate. La loro veste non differisce nella forma da quelle delli monaci, poiche sopra la tonaca usano la cocolla con le maniche larghe, ma in vece di capuccio portano un velo nero sopra un altro bianco.

Tutto ciò è cavato dalle Croniche dell' ordine di S. Benedetto, scritte da Antonio Tepes all'anno 532. *capo* 4.

Sanctimonialis Cluniacensis

XVIII

Benedictina

CLUNIACENSIS.

MUltiplicatis per universam Europam monachis S.Benedicti, monasticus Ordo sensim ab antiquo rigore ad relaxationem deflexit. Quæ res cum Summos Pontifices vehementer angeret, non semel celebratis Conciliis multa sancita sunt, quæ monachos in pristinum decorem revocare possent. Interea Odo Vir sanctus, Cluniacensis Monasterii Abbas, subjectos sibi monachos tanta sanctimonia regebat, ut cohortationibus, & exemplis ad Regulam S. Benedicti eos restituerit: quo factum est, ut vulgata eorum reformationis forma pleraque Monasteria, tùm Virorum, tùm Monialium in Gallia, Germania, Anglia, Hispania, & Italia usque ad duo millia eum vivendi tenorem complexa fuerit, quam Congregationem Apostolica Sedes comprobavit eique Cluniacensium vocabulum imposuit, quia apud Clunium Principium habuerit. Habitu non differt à Congregatione Casinensi, nisi fortasse amplitudine cucullæ monasticæ. Quam solutam, non crispatam defert. Moniales Velum nigrum sustinent capite, cui aliud album subest, supra Tunicam circa lumbos præcinctam amplum scapulare usque ad pedes protensum gerunt, quod ut appareat, iconem exponimus cuculla exutam. Atque hæc omnia nigri sunt coloris.

Augustinus Florentinus in hist. Camald. lib. 1. *c.* 21. *P. Joannes Mabillonius in Actis SS. Ord. Benedict. ad an. Christi* 940. *&c.*

XVIII

Benedettina

CLUNIACENSE.

ESsendosi multiplicati per tutta l'Europa li monaci della Regola di S. Benedetto, non era intutti uniforme l'osservanza, e cominciò à rilassarsi l'antico rigore. Per la qual cosa furono molto solleciti alcuni SS. Pontefici, desiderosi di rimediarvi: onde in più Concilii furono fatti decreti, per i quali potesse rifiorire la santità in tutti li Religiosi di quest'Ordine. Odone, in tanto Abbate Santissimo del monastero di Cluni, con le sue esortazioni, e buon'esempio, dopo havere ristorata in esso l'osservanza, fu cagione, che circa due mila monasteri, sparsi nella Francia, Germania, Inghilterra, Spagna, e Italia l'imitassero, e abbraciassero la sua riforma, quale approvata dalla Sede Apostolica sortì il nome di Congregazione Cluniacense, poiche nel monastero di Cluni hebbe il suo Principio. Tra detti monasteri molti furono di monache, quali seguitano à vivere con molta osservanza, e Vita esemplare, e sogliono chiamarsi anche Monache di S. Benedetto Riformate, Non differiscono, i soggetti di questa Congregazione nell'abito dalli monaci di S. Giustina, ò siano di Monte Casino, senon inquanto portano la Cocolla non tanto attillata, ma più ampia. Le Monache portano in capo il velo nero.

Di esse trattò il P. Mabillone negli Atti de Santi dell'Ordine Benedettino all'anno 940. *e Agostino Fiorentino nella istoria Camaldolese lib.* 1. *cap.* 21.

Ordinis S. Benedicti Venetijs

XIX

Benedictina

In Monasterio

S. LAURENTII

Venetiis.

IMAGINEM hic exponimus Sanctimonialium Ordinis S.Benedicti Congregationis Casinensis, quæ in Cœnobio, S.Laurentii dicto, Venetiis degunt. Extruxerat templum, S.Laurentio dicatum, Angelus Particiatius, Venetorum Dux decimus, anno octingentesimo nono; & paulo post, nempe anno octingentesimo quadragesimo primo, Virginum Cœnobium instituit Ursus, Angeli filius, Episcopus Olivulensis, in quo cæteris præfecit Abbatissam Sororem suam, nomine Romanam, atque illud priusquam, è vita decederet multo ære dotavit. Suo deinde Diplomate idem approbavit Summus Pontifex Leo, hujus nominis quartus, qui anno 847. in Pontificem electus, anno 855. sanctè objit. Ex nobilioribus Familiis Venetis hæ Sanctimoniales eliguntur, & clausuræ legibus tenentur. Nigra & compta utuntur veste, & album velamen capiti imponunt, quod tamen capillorum culturam non omninò cælat, & ex capite descendens collum circumdat. Cum verò in Choro Divinas preces persolvunt, aut Sacramentum Divini Corporis suscipiunt, cuculla induuntur laciniata, in pavimento defluente; Capiti etiam aliud nigrum velamen superimponunt ultra renes libere expansum; Quibus illis majestas augetur & decus.

Hæc omnia excerpta sunt ex descriptione Venetiarum à Francisco Sansovino facta, & impressa anno 1604. *cum additamento Joannis Stringæ pag.*132. *& à Petro Marcello de Vitis Principium Venetorum pag.*6.

XIX

Benedettina

Del Monastero

DI S. LORENZO

In Venetia.

L'Imagine quì esposta rappresentata una monaca del monastero, nominato di S.Lorenzo in Venezia. Fu questa Chiesa fondata nell'anno 809. da Angelo Particiatio, Decimo Doge di Venezia, e nell'anno 841. Orso, figliuolo di Angelo, e Vescovo Olivolense, v'instituì un monastero di Vergini Benedettine della Congregazione di Monte Casino, facendo Abbadessa una sua forella chiamata Romana, e prima che morisse donò molto allo stesso monastero, quale fù poi confermato con Bolla da Papa Leone IV. di questo nome, eletto nell'anno 847. e morto santamente nel 855. Le Monache di questo monastero sono scelte dalle Famiglie più nobili di Venezia, offervano clausura, e vivono sotto l'Instituto di S.Benedetto. L'abito di esse ordinario è di Saja nera non in forma di tonaca, ma adattato alla vita di ciascuna; in capo usano un velo bianco, quale non cuopre affatto la cultura de' Capelli, e steso dal capo si ravolge attorno al collo. Quando però in choro recitano l'Offizio Divino, ò si accostono all'Altare per comunicarsi, portano una cocolla con maniche larghe, e con strascino steso per terra, che loro concilia un maestoso decoro. Al capo aggiungono un velo nero trasparente, che pende libero oltre la cintura, conforme si vede espresso nella imagine.

Tutto ciò si racconta nella descrizione di Venezia, composta da Francesco Sansovino, e ristampata nel 1604. *con l'aggiunta di Giovanni Stringa alla carta* 132. *e nelle Vitæ de Prencipi Veneziani, descritte da Pietro Marcello alla carta sesta.*

Sanctim: S. Birgittæ

XX

Moniales

ORDINIS

S. BIRGITTÆ.

SAncta Birgitta non solùm Monachos, sed etiam Moniales, instituit, in eodem quidem Cœnobio degentes, sed muris ab eis divisas, Cœnobi tamen totius administratio ad Abbatissam spectat, fortasse ob reverentiam S. Birgittæ ex Regia Svecorum prosapia genniæ: Illa Deo revelante, regulas præscripsit, quæ leguntur inter Revelationes eidem à Deo factas, & circa eorum vestes hæc habentur in cap. 4. Indumenta sororum erunt duæ camisiæ de albo burello, una propter quotidianum usum, alia propter lotionem, una tunica de burello griseo, & una cuculla, cujus manicæ non longius, quàm ad summitatem medii digiti protendantur, ut dependentes sint circa manum. - Unum etiam mantellum habendum est de burello griseo sicut tunica, & cuculla. Quod quidem mantellum non sit deforis corrugatum, quod ex parte strictum, & planum totum habens utilitatis, nihil vanitatis. Ipsum quoque mantellum ab uno palmo terram non pertingat, & nodo ligneo in pectore colligetur. - Ornamenta capitis erit vitta, qua frons & genæ circumdentur, & ex hac parte operiatur facies, cujus extremitas una acus in occipite contingat. Super hanc ponatur velum de tela denigrata, quod ne defluat tres acus adaptabunt, una circa frontem, & duas circa aures. Deinde super velum ponatur corona de tela alba, cui assuantur quinq; particulæ de panno rubeo, quasi quinq; guttæ, prima particula sit in fronte, altera in occipite, tertia & quarta circa aures, quinta in medio capitis in modum crucis. Hanc Coronam una acus in medio capitis stabiliet, & capiti coaptabit. Ceteræ vivendi regulæ inter Revelationes S. Birgittæ leguntur.

De illis etiam Miræus de Org. Monach. lib. 1. cap. 23. & David Lindanus in descriptione Teneramundæ lib. 2. cap. 5.

XX

Monache

DI

S. BRIGIDA.

INstituì S. Brigida non solamente i Religiosi, ma anche le Monache dell'Ordine medesimo, e fece che la Superiora di queste havesse il governo anche degli huomini in tutto ciò che concerne alle cose temporali. Alle Monache prescrisse le regole, dettate à lei da Nostro Signore, registrate fra le sue Rivelazioni, e circa l'abito così si dice nel capo 4. Le vesti saranno due Camicie di Burello bianco, (che vuol dire, Panno grosso, e rozzo) una da portarsi, mentre l'altra si lava, una tonaca del medesimo panno grigio, e una cocolla, le di cui maniche non siano più lunghe delle mezze dita della mano. Si deve anche havere un mantello del panno, e colore medesimo, quale non sia increspato, e senza vanità alcuna giovi al bisogno. Il detto mantello deve essere un palmo alto da terra, e avanti il petto si unisca con un nodo di legno. Gli ornamenti dal capo saranno una fascia, che circondi la fronte, e le guancie in modo che resti in parte coperta la faccia, e si unisca la di lei estremità con una spilla. A questa si sopraponga il velo di tela nera, quale si doverà fermare con trè spille, una sopra la fronte, e l'altre due sopra le orecchie. Di poi si aggiunga una corona di tela bianca, a cui si uniscano cinque particelle di panno rosso, come cinque goccie, la prima infronte, l'altra dietro la testa, la terza, e quarta sopra le orecchie la quinta sopra il capo in modo di croce. Questa corona si fermi nella sommità con una spilla.

Di quest'Ordine scrisse anche il Mirco lib. 1. cap. 23. e David Lindano nella descrizione di Dermonde lib. 2. cap. 5.

Sanctimonialis S. Cęsarij

XXI

Moniales

S. CÆSARII.

SANCTUS Cæsarius, Lerinensis Cænobii monachus, postea Episcopus Arelatensis, anno 502. Bis exilio multatus, & Burdigalam relegatus, sed conspecta innocentia ad Ecclesiam suam rediit. Virtutibus, ac miraculis clarus effulsit. Habuit is Præsul sanctas Virgines sorores duas ejusdem nominis Cæsarias; Unam, quam Massiliæ edoctam religiosum institutum, posteaque Magistram S. Radegundis Reginæ, celebri Virginum Cænobio Arelatensi, à se constructo, præfecit Cæsarius, eique regulas monasticas, ut eas observaret, præscripsit: Alteram, Cæsarii germanam, quæ priori, superstite adhuc Cæsario, in defunctæ Abbatissæ munere successit, auctore quodam Cypriano ejusdem Cæsarii discipulus in vita hujus sancti, quam ipsius Sororis rogatu composuit: Ab hac eadem Radegundis regulam Cæsarii, quam monasterio traderet, expetiit. Tandem ad Dominum exitu felici migravit, anno 543. Ejus Institutum Symmacus Pontifex confirmavit. Vestem albam gerunt S. Cæsarii Sanctimoniales, quam circa lumbos cingunt, & velum nigrum capiti imponunt. De hoc Præsule legendus Ennodius Ticinensis, Gennadius de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus cap. 86. Gregorius Turonensis lib. 9. cap. 39. aliique, qui recensentur in tomo primo Galliæ Christianæ à Scevola & Ludovico Sammarthanis edito, pag. 40. ad an. Christi 543.

XXI

Monache

DI S. CESARIO.

SAN Cesario, monaco prima di Lerino, e dopo Vescovo di Arles l'anno 502. due volte punito ingiustamente con l'esilio, riposto nella sua Chiesa risplendè per virtù, e miracoli. Hebbe questo due Sorelle, ambedue chiamate Cæsarie, delle quali una, dopo essere stata maestra di S. Radegunde Regina, fù posta Abbadessa nel monastero di Arles, da lui fabricato, e instruita con regole da lui scritte; l'altra, essendo morta la prima, vivente S. Cesario succedè alla prima nel medesimo governo, e S. Cesario morì santamente nell' anno 543. L'instituto, scritto per le monache da S. Cesario, fù approvato dal Sommo Pontefice Simmaco. Vanno esse vestite di tonaca bianca, che cingono nelli fianchi, e tengono coperto con velo nero il capo. Trattano di S. Cesario Ennodio, Gennadio nel cap. 86. delli Scrittori Ecclesiastici, S. Gregorio Turonense lib. 9. cap. 39. e altri, riferiti da Scevola, e Lodovico Sammartani p. 40. all'anno 543.

Sanctim: Ordinis Militaris Calatraue

Moniales Ordinis Equitum CALATRAVÆ.

ORDINEM equitum militarem Calatravæ GomesiusHermandez instituerat tempore Ferdinandi Regis Legionis, anno 1158. contra Mauros,à quibus Regna occupata opere eorum recuperata fuerunt, & anno 1183.Lucius III. Pontifex illum approbavit,atque etiam Innocentius III ann.1205. Currente deinde anno 1219. D.Garzia Guttierez, ejusque uxor Maria Suarez,suis sumptibus monasterium ædificarunt, à S.Felice dictum, in loco, quem Hispani appellant *Amaya*, ut in eo Virgines, Deo sacræ, viverent sub Regula Ordinis Cisterciensis, cui Equites sese aggregaverant, eadem cruce rubra insignitæ, cujus extremitates liliis absolvuntur, quamque, scapulari assutam, ante pectus equites gerunt. Inter Constitutiones earum proprias una est, qua præscribitur, nullam inter has moniales adscribi posse, nisi ex magni Magistri Ordinis, & Monasterii Abbatissæ mutuo consensu. Anno deinde 1297. hoc Sacrum Cænobium incrementa suscepit ob donationem suorum bonorum, illi factam, ab Eleonora Gonzalez, uxore Ferdinandi de Castro, atque ex illo aliæ Fundatrices Cænobiorum hujus Instituti prodierunt. Cæterum vestis illarum alba est.

Illas refert in cap.18. historiæ Calatravensis Franciscus Rades. De Ordine Equitum scripserunt Angelus Manriquez in Annal. Cistert.ad an.1158. Rodericus de Quæst.Reg.cap.3. Cassanæus part.9. Cons.8. Petrus Calefactor de equestri dignitate num.25.& Crescentius, Maurolicus &c.

Monache Dell'Ordine Militare DI CALATRAVA.

FU instituito quest'Ordine di Calatrava da Gomasio Hermandez quando nell' anno 1158. regnava Ferdinando Rè di Castiglia, acciòche prendesse le Armi contro i Mori, à quali tolse con il suo valore li Regni usurpati, e fu approvato dal Pontefice Lucio III. nell'anno 1183. e dopo lui nel 1205. da Innocenzo III. di questo nome. Correndo poi l'anno 1218. D.Garzia Guttierez con la sua moglie, D.Maria Suarez, risolvè di erigere à sue spese un monastero, con il titolo di S.Giuseppe in un luogo detto Amaya; acciòche in esso vivessero à Dio Vergini Religiose sotto la Regola dell'Ordine Cisterciense, al quale l'Ordine delli Cavalieri era ascritto, e havessero anch'esse nella parte destra del petto, l'insegna medesima, cioè una croce rossa, le di cui punte sono terminate da quattro Gigli, parimenti rossi. Una constituzione propria di questo monastero fù, che in esso non potesse essere ammessa alcuna,senza il consenso del Gran mastro dell' ordine militare, e quello della Superiora. Crebbe poi nell'anno 1297. il numero di queste Religiose per la ricca donazione, fatta delle sue entrare da D.Eleonora Gonzalez, moglie di D.Ferdinando di Castro;onde da quello uscirono molte fondatrici di altri monasteri del medesimo Instituto, quali fiorischono nelle Spagne. La loro veste è in tutto bianca.

Di esse fece menzione nel capo 18. della sua Istoria Francesco Rades. E dell'Ordine di Calatrava scrissero Angelo Manrique negli Annali Cistercienti all'anno 1158. Il Roderico, il Cassaneo, il Crescentio, il Maurolico, e altri.

Sanctimonialis Camaldulensis

Moniales ORDINIS CAMALDULENSIS.

POSTQUAM Religio Camaldulensis apostolica auctoritate fuit confirmata ann. 1032. post quinquennium à S.Romualdi transitu, seu post an. 1073 ut scripsit Augustinus Florentinus Camald.in sua historia lib.1.c.45. Rodulphus Prior Camaldulensis ingressus Templum B.Petri,quod est apud municipium Luci in Mucellano, Hetruriæ loco, Spiritus Sancti oraculo admonitus est, ut illic primum Ordinis Camaldulensis Sanctimonialium Fœminarum monasterium institueret; ideo Rodulphus illud instituit juxta Sacræ Eremi, & Ordinis Camaldulensis consuetudines mense Augusti anni 1086. Eidem Beatricem Prioriſſam primam præfecit, & vivendi formam præscripsit, & monasterium de bonis Sacræ Eremi dotavit, cum conditione, ut semper Sacræ Eremo subjectę essent ejus Alumnæ, nec locum, aut vitam, mutare possent, alioquin ab omni suo jure caderent, & bona omnia ad S.Eremum reverterentur, ut constat ex pagina institutionis, ac donationis, quæ in ipso Cœnobio asservatur. Hoc monasterium Rayneſius, Episcopus Florentinus,impulsus fama sanctimoniæ religiosarum Fœminarum diœcesano jure comprobavit. Vestibus utuntur albis, ut monachi Camaldulenses; sed albo velo, quo caput tegunt, aliud nigrum superimponunt, & scapulare circa lumbos cingunt cingulo laneo albo ut apparet in exposita imagine,

Monache CAMALDOLESI.

DOpo che la Religione Camaldolese fù con Autorità apostolica confermata nell'anno 1031.cinque anni dopo la Morte di S.Romualdo, ò pure nell'anno 1073. come scrisse il Fiorentini nella sua Istoria lib.1,c.45. il B.Ridolfo, Priore del Sacro Eremo, essendo entrato in Chiesa, dedicata à S.Pietro, nel Mucellano Paese di Toscana, fù dall'impulso Divino inspirato à fondare in quel luogo un monastero di monache dell'Ordine Camaldolese, che perciò pose in esecuzione la Voce Divina, e nel mese di Agosto del 1086. collocò in esso con offizio di Abbadessa una pia donna, detta Beatrice, prescrivendo alle Religiose la Vita delli Romiti del Sacro Eremo,inquanto permetteva il sesso, e la condizione feminile. Assegnò al medesimo dote sufficiente delli beni, posseduti dall'Eremo con condizione,che questi ricadessero,quando le monache mutassero,ò luogo,ò Regole, à loro prescritte; come consta nella Donazione,che nel monastero si conserva. Il Vescovo poi di Fiorenza, Rainesio, mosso dalla fama di Santità con cui vivevano queste Religiose, con la sua autorità lo confermò. Usano vesti bianche come i monaci, e sopra il velo bianco, che portano in capo, ne aggiungono un altro nero; e cingono la patienza sopra la tonaca con una cintura di lana bianca come si vede nella imagine.

Canonissa Lateranensis

XXIV
Ordo
Canoniſſarum
LATERANENSIUM.

FUisse olim in Eccleſia, Sacras Virgines Clericales, à monialibus tùm nomine, tùm habitu diſtinctas, ex multis Patrum, & Conciliorum teſtimoniis, probat inter ceteros Pennottus lib. 3. cap. 49. imò liquet ex Regula D. Auguſtini moniales, pullis veſtibus indutas fuiſſe, & Canoniſſas candito habitu: At non ita certum quo tempore, quove auctore initium ſumpſerit earum Inſtitutum. In Urbe Romana Canoniſſarum Regularium, quæ Lateranenſes dicuntur, Cænobium eſt prope Templum S. Spiritus, quod uſq; ad annum 1606. manſit ſub regimine Abbatis S. Mariæ Pacis, ſed eo anno ejus regimen Vicario Summi Pontificis datum eſt. Veſtibus utuntur albis, ſupra quas Rochettum gerunt: caput velamine albo & nigro contegunt. Eis regulam D. Auguſtini præſcriptam fuiſſe à Gelaſio Pontifice anno 440. referunt multi, deinde earum Congregationem probavit Alexander II. anno 1060. ſed cum tempore Bonifacii VIII. non parùm defeciſſet, eam Eugenius IV. anno 1445. reſtituit, floretque in multis Europæ partibus. Inter eas moniales ann. 1550. fuit Baptiſta Vernaccia, Virgo æque pia ac docta; nam fœmina cum eſſet, de divinis arcnis multa ſcripſit in tribus volumnibus typis editis. Aliæ Canoniſſarum Congregationes, & collegia inveniuntur, quorum catalogum ſi quis retexere vellet, pene immenſo labori ſe ſubjiceret.

XXIV
Canonicheſſe
LATERANENSI.

ESere ſtate nella Chieſa primitiva Vergini di abito Clericale, diſtinte dalle monache, trà i molti ſcritori lo dimoſtra il Pennotto nel libro 3. cap. 49. con l'autorità de' SS. Padri, e delli Concilii: anzi da S. Agoſtino ſi ha, che le monache veſtiſſero di nero, e le Canonicheſſe di bianco. Non è però così certo chì ne foſſe il primo Autore, e in qual tempo haveſſero l'origine. E in Roma un celebre monaſtero preſſo la Chieſa dello Spirito Santo, in cui le monache di queſt'Ordine furono gover. nate ſino all'anno 1606. dall'Abbate delli Canonici Lateranenſi, ma poi per giuſti motivi ne fu dato il governo al Vicario del Papa. Uſano veſti bianche, ſopra le quali portano un Rocchetto di bianco lino, e in teſta portano un velo. nero. Riferiſcono li Scrittori, nell'anno 440. eſſere ſtata aſſegnata à queſte monache da Gelaſio Papa la Regola di S. Agoſtino, e che poi il loro inſtituto fu approvato da Aleſſandro II. nell'anno 1060. e che eſſendo alquanto ſcaduto nel tempo di Bonifazio VIII. lo reſtituiſſe all'antica oſſervanza Eugenio IV. nell'anno 1445. onde in molte parti ſono celebri monaſteri di queſt'Ordine. Viſſe fra queſte monache nell'an. 1550. la Madre Battiſta Vernaccia, inſigne per Santità, e dottrina, che in trè volumi hà riſtretti molti documenti di celeſte ſapienza. Si trovano molte Congregazioni di tal'Ordine; onde è quaſi impoſſibile compilarne un' eſatto catalogo.

Canonissa Lateranen: cum ueste Ecclesiastica

XXV

Canoniſſa

LATERANENSIS,

Veſte Eccleſiaſtica
induta.

IMAGO, quam damus, eandem Canoniſſam repræſentat, ſed veſteEccleſiaſtica indutam, ſcilicet ſuperpelliceo, quod Itali *Cottam* dicunt, & Rocheto ſuperimponunt plerique Canonici, cum Divinas laudes in Choro perſolvunt;Rochetum autem genus indumenti eſt, manicas obſtrictas habens(ut Macrus ſcripſit in ſuo Hierolexico; *Cotta* verò, quæ alio nomine *Camiſia ſuperanea* vocatur, ſeu *ſuperpelliceum*; eò quòd antiquitus ſupra Tunicas pelliceas ferebatur, eſt laxa, ejuſque longitudo antiqua ex Concilio Baſileenſi colligitur fuiſſe ultra medias tibias. Ceterùm non adeo proprium Canonicorum eſt hujus generis indumentum, ut omnibus conveniat; ſicuti enim aliqui ſunt, à quibus non adhibetur, ita pariter aliquæ Moniales, quæ Canoniſſæ appellantur, ejus uſum non habent, ut in ſequentibus patebit.

XXV

Canonicheſſa

LATERANENSE

Veſtita con abito
di Chieſa.

L'Imagine, quì eſpoſta, rappreſenta la medeſima Canonicheſſa dell'Ordine Lateranenſe, veſtita con abito di Chieſa, cioè con Cotta ſopra il Rocchetto, come ſogliono comunemente uſare li Canonici, quando aſſiſtono nel coro agli uffici Divini. Il Rocchetto è una ſorte di abito, quale ha le maniche ſtrette, come riferiſce il Magri nel ſuo Vocabolario Eccleſiaſtico; dove che la Cotta, che con altro nome ſi chiama *Camicia Superiore* overo *ſuperpelliceo*; poiche anticamente ſi uſava ſopra la tonaca di pelle,è larga,e nelli tempi antichi (come ſi raccoglie dal Concilio di Baſilea) era lunga, e ſi ſtendeva più che à mezza gamba. Non è però sì propria delli Canonici queſta veſte; onde convenga à tutti; poiche ſicome da alcuni non ſi uſa, così ſono alcune monache, le quali, benche habbiano il nome di Canonicheſſe, non ſe nè ſervono, come ſi vedrà in altre.

Canoniſsa S. Genueſæ

XXVI

Canoniſſa

S. GENOVEFÆ

Prope Pariſios.

CUM S. Genuefæ corpus Pariſiis cuſtodirent Canonici Regulares, à S. Genuefa dicti, ejuſdem cultum propagari exoptarunt in ſuburbio, ubi eadem Virgo natales habuit, cui nomen erat Nanterra, ab Urbe Pariſienſi itinere trium leucarum diſtante; Quamobrem aliqui ex illis domum ibi elegerunt, eorumque moderator P. Paulus Beurier electus fuit. Ut autem idem cultus inter mulieres propagaretur, ejus ſoror Claudia Beurier ſuis ſumptibus monaſterium excitavit, in quo Collegium Canoniſſarum ejuſdem Ordinis aleretur, evocatis duabus, e monaſterio S. Stephani Remenſis, anno 1647. à quibus ceteræ in diſciplina monaſtica erudirentur. Sed bellorum incurſionibus ex eo loco ſedem mutarunt, extructo Cænobio apud Pariſios. Almutiam expelle nigra candidis maculis diſtinctam bracchio ſuſtinent, cum divinis Officiis interſunt; cæterum veſtis alba eſt cum lineo ſuperpelliceo, nigrum tamen velamen, quo caput conteguat.

Illas recenſuit P. Molinetus in ſuo Canonicorum Catalogo.

XXVI

Canonicheſſe

DI S. GENOVEFA.

Vicine à Parigi.

DESIDERORONO li Canonici di S. Genovefa, da quali era cuſtodito in Parigi il Sacro Corpo di eſſa, che foſſe propagata la di lei divozione, e venerata nel luogo, ove nacque la medeſima, cioè in Nanterra, diſtante trè leghe dalla Città di Parigi: che perciò alcuni di eſſi ivi fondarono un monaſtero, di cui fù ſuperiore il P. Paolo Beurier; e acciòche foſſe la medeſima venerazione propagata frà le Donne, la ſorella di lui, Claudia Beurrier, fondò à proprie ſpeſe un monaſtero, nel quale viveſſero monache Canonicheſſe dell' Ordine iſteſſo, che perciò furono elette dal monaſtero di S. Stefano di Rems nell'anno 1647. due Religioſe, quali poteſſero inſtruire le altre nella Vita monaſtica. A cagione poi delle Guerre furono queſte Religioſe trasferite ad un monaſtero vicino à Parigi. La veſte di eſſe è bianca, à cui aggiungono la Cotta di lino, il velo però ſuperiore del capo è nero, quando aſſiſtono agli ufficii Divini nel coro ſoſtengono col braccio ſiniſtro l'Almutia di pelle nera diſtinta di macchie bianche.

Fece menzione di eſſe il P. Molinet nel ſuo Catalogo delli Canonici Regolari.

Canonissa hospitalaria in Gallia

XXVII

Canoniſſa

REGULARIS

Rhotomagi.

INSIGNE Canoniſſarum Regularium Cœnobium eſt Rhotomagi, Urbis Normaniæ, extructum à S. Ludovico, Galliarum Rege, ejuſque Genitrice Blanca Regina. Crevit earum numerus expia liberalitate cujuſdam nobilis civis Rhotomagenſis, qui dotem pro duodecim Virginibus ex ſuo ære legavit. Sub Regula D. Auguſtini vitam duxerant, veſtibus albis indutæ longo annorum ſpatio; ſed poſtea cum ſub cura Patrum Ordinis Benedictini eſſent, veſtem nigram elegerunt: Mantellum etiam nigrum prtant ſed pellibus alborum murium exornatum: caput velamine lineo albo circumdant, ſupra quod aliud nigrum imponunt in humeros propendens ſicut imago expoſita demonſtrat.

XXVII

Canonicheſſa

REGOLARE

Di Roven.

NELLA Città di Francia, detta Roven, è un celebre monaſtero di Canonicheſſe Regolari, fabricato da S. Lodovico Rè, e dalla Regina Bianca, madre del medeſimo. Crebbe poi il numero di eſſe per la dote aſſegnata à dodici fanciulle dalla liberalità di un pio cittadino nel ſuo teſtamento. Per lungo ſpazio di tempo viſſero ſotto la Regola di S. Agoſtino, veſtite di bianco, ma poi paſſate ſotto il governo delli monaci di S. Benedetto, eleſſero la veſte nera, con un manto nero, foderato di pelle di Armellino bianca. In teſta portano un velo bianco, ſopra cui è un'altro nero, nella maniera, che comunemente ſi vede nelle monache; e quì dimoſtra l'imagine di eſſe.

Canonissa Regularis in Belgio et alibi

XXVIII

Canoniſſa

REGULARIS

In Belgio, Lotaringia, & alibi.

MONASTERIA Canoniſſarum Regularium erecta fuerunt circa annum 650. à S. Waldetrude, franca vidua, & Santa Aldegunda Virgine, ejus Sorore, Montibus, Malbodii, aliiſque in locis, Hannoniæ præſertim, Illas à prima fundatione ſub D. Auguſtini regula vixiſſe teſtatur Gaſpar Bruſchius in lib. de Monaſteriis Germaniæ fol. 18. Item Canoniſſarum ejuſmodi mentio eſt in Add. 2. Capitul. Caroli Magni cap. 16. Vide etiam doctiſſimum Mabillonium in Præfat. ad Tom. 2. Act. SS. Ord. S. Benedicti n. 32. Inveniuntur igitur ejuſmodi Inſtituti in variis partibus Galliæ, & Germaniæ, quarum tamen habitus inter ſe differunt. In Galliis plerumque Rocheto, & ſuqerpelliceo utuntur: Coloniæ eſt Templum DD. Ceciliæ, & Eugeniæ ſacrum, ut narrat Erhardus Winheim in Sacrario Agrippinæ pag. 117. ubi Collegium eſt Virginum nobilium, quæ ſub regula S. Auguſtini per reformationem in Clauſura admodum ſtricta vivunt, quarum Abbatiſſa ut plurimum Comitiſſa eſt, numero autem communiter ſunt ſexdecim. Imago hìc expoſita Cononiſſam repræſentat, in Clauſura viventem, quæ nec Rocheto, nec ſuperpelliceo utitur. Illam exhibuit P. Beurier in ſuo Catalogo nu. 31. in imagine S. Waldetrudis fundatricis.

XXVIII

Canonicheſſa

REGOLARE

Nella Fiandra, nella Lorena, e altrove.

FONDARONO in Mons, in Maubeuge, e altri luoghi della Fiandra circa l'anno 650. S. Valdetrude vedova, e S. Aldegonda vergine, ſua ſorella, alcuni monaſteri di Canonicheſſe, le quali vivevano in Clauſura ſotto la Regola di S. Agoſtino, come afferma Gaſparo Bruſchio nel libro delli Monaſteri di Germania. Di eſſe ſi fa menzione nell'Addizione 2. Capitolare di Carlo Magno, e altrove, e nè trattò il P. Mabilone nella Prefazione del Tomo 2. delli Santi Benedettini al numero 32. Di queſto Inſtituto ſe ne trovano ora in varie parti della Francia, e della Germania; differiſcono però negli abiti; poiche in Francia communemente uſano il Rochetto, e la cotta: non così in altri luoghi. Racconta Erardo Wineim nel ſuo Sacrario alla carta 117. che in Colonia è un Collegio di eſſe, quali riformate vivono in ſtrettiſſima Clauſura, ſono ſedici di numero, e la Superiora per l'ordinario è di nobiliſſima famiglia. L'imagine quì poſta rappreſenta una di quelle, quali non uſano nè Cotta nè Rochetto, preſa dalla imagine di S. Valdetrude, fondatrice di eſſe' eſpreſſa dal P. Beurrier nel ſuo catalogo delle Sante al numero 31.

Canonissa Montibus alia

XXIX

Canoniſſa

MONTIBUS.

QUEMADMODUM ex Regularibus Clericis, ſive Canonicis Sæculares ortum habuerunt, ita ex Regularibus Canoniſſis originem acceperunt nonnulla præcipuę nobilitatis Collegia Canoniſſarum, ſæcularium tamen, quæ nunc in quibuſdam Hannoniæ & Brabantiæ Provinciis viſuntur ejuſmodi eſt Collegium quod Sanctæ Waldetrudis dicitur in Templo S. Mariæ Montibus ædificatum. In eo S. Bruno, Archiepiſcopus Colonienſis, & Hannoniæ reformator, aliud Collegium Canonicorum ſtabilivit, qui domicellis ſubſervirent in muniis Eccleſiaſticis, fœmineo ſexui non permiſſis, & omnes tam Viri, quam Virgines ſub regulari diſciplina vivebant; At nunc nullo caſtitatis voto obſtrictæ poſſunt paternas domos repetere. Habitum canonicalem tantùm geſtant in Templo, qualem Icon repræſentat. Veſtis eſt nigra, cujus manicæ albæ ſunt & amplæ ex ſubtili lino contextæ, velamine nigro, & infra humeros producto caput contegunt. Pallium inſuper ex eorum humeris dependet ultra pedes per humum extenſum, exterius quidem nigrum, interius ſerico albeſcens.

XXIX

Canonicheſſa

DI MONS.

NELLA maniera che dalli Chierici ò Canonici Regolari hebbero origine li Canonici ſecolari, nella ſteſſa dalle Canonicheſſe Regolari nacquero le ſecolari, le quali al preſente ſono in alcuni Paeſi dell'Annonia, e del Brabante. Di tal ſorte il Collegio, che ſi trova in Mons nella Chieſa di S. Maria, detto di S. Valdetrude. Nella ſteſſa l'Arciveſcovo di Colonia S. Brunone inſtituì un' altro Collegio di Canonici, i quali ſuppliſſero alle Canonicheſſe in tutto ciò, che non è permeſſo al ſeſſo feminile, e ambedue queſti Collegii viſſero per il paſſato con oſſervanza Regolare. Ma poi non obligate à voto alcuno poſſono ritornarſene alle caſe loro. Portano l'abito di Canonicheſſe ſolamente quando intervengono in Chieſa, nella forma quì eſpreſſa. La Veſte è di colore nero, le maniche ſono di lino bianche, è larghe; cuoprono il capo d'un velo nero, pendente dietro alla ſpalle: Di più hanno un manto, che dalle ſpalle ſi ſtende ſino à terra: nella parte eſteriore il manto è nero, e nella parte interiore è foderato di drappo bianco.

Canonissa cum ueste ecclesiastica

XXX

CANONISSA
Veste Ecclesiastica induta.

ALIAM Canonissæ iconem damus ad nos Montibus transmissam, habitu indutam, quem in divinis Officiis gerunt. Constat ille ex superpelliceo albo lineo, usque ad talos producto, more antiquorum Canonicorum, cui additur funiculus in diversos nodos artificio intortus. Quoddam bireti genus capite sustinetur nullo capillorum additamento exornato, e cujus vertice velum post terga neglectum dependet. Pallium ab humeris usque ad terram productum ex nigro serico, & quidem amplum & laciniatum, candidæ murium pelles nigris maculis distinctæ exornant in parte interna. Ejusmodi Canonissas olim institutas fuisse referunt à Comite quodam, cui Guidonis nomen erat, onere illis impositio recitandi in Templo Divinum Officium. Earum receptio ex Honorii IV. Constitutione (ut in Epistol. 144.) non poterat fieri sine attestatione septem nobilium Virorum circa nobilitatem earumdem ex ambabus Parentum lineis; sed idem Pontifex, cognita sæpe falsitate testium in hujusmodi examinibus, ne esset causa tanti mali ac periurii, eandem Constitutionem revocavit. Ita scripsit Macrus in suo Hierolexico Verbo *Canonicus*.

XXX

CANONICHESSA
In abito di Chiesa.

L'Imagine quì posta rappresenta una Canonichessa secolare in abito diverso, e proprio di Chiesa, conforme si è ricevuta da Mons. E coperta di cotta bianca, stesa sino al piede, conforme usavano alcuni antichi Canonici. A questa è aggiunto un cordone ritorto in varii nodi con bellissimo artificio. La testa priva affatto di capelli è coperta da un Berrettone, dalla cima di cui pende senza artifizio un lungo velo. Il manto, che dalle spalle si stende sino per terra, è nero di seta, molto ampio, e orlato di bianche pelli in Armellino, ornate di macchie nere. Riferiscono essere state queste Canonichesse instituite da un certo Conte Guido di nome, con obligo di recitare nella Chiesa l'uffizio Divino. Per l'addietro si ammettevono nel collegio di esse solamente persone, la nobiltà delle quali era esaminata, e provata con giuramento da sette nobili Cavalieri, e ciò per Decreto di Papa Onorio IV. come apparisce nella lettera 144. ma poi havendo il Papa medesimo, scoperta la falsità delle attestazioni fatte da molti, lo rivocò, acciòche non accadessero questi falsi giuramenti. Tanto scrisse il Magri nel suo Jerolexico alla Parola *Canonicus*.

Canonissa dicta S. Sepulchri -

XXXI

Canoniſſa

S. SEPULCHRI.

INTER Ordines Religioſorum numerata eſt Congregatio Canonicorum S.Sepulchri hyeroſolimitana,quam ſub piiſſimo Principe Godefrido inſtitutam, ſeu potius reſtitutam diximus, quæ paulatim deficiens, jam penitus extincta eſt. Viget tamen in Galliis ordo Monialium Canoniſſarum, quæ S.Sepulchri nomen ſibi impoſuerunt, cum anno 1620 Venerabilis Mater à S.Franciſco, antea Claudia de Muy, Comitiſſa de Choligni eas inſtituit, ut memoriam Redemptoris humani Generis excitaret. Habitu utuntur, Canonicorum non abſimili, ſcilicet tunica nigra, ſupra quam aliam albam lineam ſine manicis imponunt, capite velum nigrum geſtant, & humeris mantellum, pariter nigrum, quod in parte ſiniſtra crucem dupliciter decuſſatam rubram oſtentat. In parte vero dextera funiculum duplicem aſſutum habet quinque nodis implicatum,ut quinque Chriſti vulnera exprimantur. Regulæ S.Auguſtini ſubjacent. Veſtes autem nigras gerunt in ſignum moeroris, quo affici Chriſti fideles tenentur, eò quod Chriſti Domini ſepulchrum in Ditione Barbarorum extet.

XXXI

Canonicheſſa

DEL S. SEPOLCRO.

E Regiſtrato nel numero degli Ordini Religioſi quello delli Canonici del S.Sepolcro di Gieruſalemme, inſtituito, ò almeno rinovato nel tempo dell' Invitto, e pio Principe, Goffredo Buglione : e benche tal'Ordine ora ſia del tutto mancato, fioriſce però nellaFrancia l'Ordine di Monache, chiamate Canonicheſſe del S.Sepolcro, il qual nome fù loro impoſto nell'anno 1620.dalla Venerabile Madre,Claudia di S.Franceſco, che prima era Conteſſa di Chaligni, e poi inſtituì queſt' Ordine di Religioſe in memoria del noſtro Redentore. L'abito di eſſe è ſimile à quello delli Canonici ; poiche hanno una tonaca nera ſopra la quale ne tengono un'altra di bianco lino ſenza maniche: il capo viene coperto da un velo nero, e portano un lungo manto, parimente nero, nella di cui parte ſiniſtra è unita una croce doppia roſſa, ſicome ſi vede anche nella parte ſiniſtra della ſopraveſte bianca. Nella parte poi deſtra è cucita una funicella diſtinta in cinque nodi,da quali ſono ſignificate le cinque Piaghe del Redentore; ſono nere le veſti in ſegno dell'afflizione, quale devono havere i Fedeli, mentre conſiderano eſſere poſſeduto degl'Infedeli il S.Sepolcro. Militano queſte monache ſotto la Regola di S.Agoſtino.

Canoniſsa Montibus

XXXII

Alia

CANONISSA

Sæcularis.

DE hoc Genere Canoniſſarum audiendus eſt Cardinalis Jacobus de Vitriaco. Ita ille in hiſtoria occidentali cap. 31. Sunt mulieres, quas Canonicas ſæculares, ſeu Domicellas appellant, non enim moniales nominari volunt ſicut Canonici ſæculares Monachi non dicuntur. Hæ ſiquidem adeo perſonas accipiunt, quòd non niſi filias militum, & nobilium in ſuo Collegio volunt recipere, religioni & morum nobilitati ſæculi nobilitatem præferentes. Purpura autem & byſſo & pellibus griſeis, & aliis jucunditatis ſuæ veſtibus induuntur, circumdatæ varietatibus cum textis crinibus, & ornatu pretioſo circumamictæ - pellibus autem agninis quantumcumque ſubtilibus, & delicatis utuntur - Clericorum autem & puellarum, & juvenum ſervorum etiam ſibi miniſtrantium cinctæ obſequio in domibus propriis honorifice, & ſplendidè epulantur, nec deſunt menſis eorum conſanguinei in primo gradu ſibi propinqui - In dormitorio autem juxta Eccleſiam ſuam de nocte quieſcunt - Sunt autem in eiſdem Eccleſiis pariter Canonici ſæculares in diebus feſtis & ſolemnibus ex altera parte Chori cum prædictis Domicellis canentes, & earum modulationibus æquipollenter reſpondere ſtudentes - Similiter & in Proceſſionibus compoſitæ & ornatæ Canonici ex una parte, & Dominæ ex alia concinentes procedunt. Quædam autem ex ipſis poſtquam diebus plurimis de Chriſti patrimonio vixerunt, relictis præbendis & Eccleſiis, carioribus ſibi perſonis matrimonio Copulantur. Hæc omnia Vitriacus. Unam ex illis imago ſubjecta repræſentat.

XXXII

CANONICHESSA

Secolare diverſa.

DI queſta ſorte di Canonicheſſe ne fece un'eſatta relazione nella ſua Iſtoria occidentale al capo 31. il Cardinale di Vitriaco, ed'è la ſeguente. Sono donne chiamate Canonicheſſe Secolari, perche non vogliono eſſere chiamate Regolari, ſicome li Canonici Secolari non ſono chiamati monaci, le quali non accettano nella loro Congregazione perſone, quali non ſono di nobile famiglia. Si veſtono di porpora, e biſſo, ornate di pelle, e uſano altri abbigliamenti donneſchi con ricci di capelli, con pelli ſottili, e delicate; ſono accompagnate da Chierici, da Paggi, e donzelle, e nelle proprie caſe ſi cibano à laute menſe, accompagnate dalli Parenti più proſſimi.. La notte dormono in un dormitorio vicino alla Chieſa. - Nelli giorni di feſta ſolenni cantano gli uffizii Divini in una parte del coro, e nell'altra ſono accompagnate dalli Canonici. Così anche nelle Proceſſioni intervengono ornate in compagnia delli medeſimi, e cantano à vicenda. Alcune di eſſe, dopo che ſono viſſute in queſto ſtato godendo le prebende Eccleſiaſtiche, le rinunziano, e ſi maritano à loro elezione. Tutto ciò, è molto più racconta queſto Eminentiſſimo Scrittore. E una di eſſe viene rappreſentata nella imagine da noi eſpoſta.

Canonissa Coloniensis

XXXIII

Canoniſſa
COLONIENSIS
S. MARIÆ
In Capitolio.

UT Urbs Roma, ſic & Colonia Agrippina ſuum olim habuit Capitolium, in quo Plectrudis Pipini conjux nobilium Virginum Collegium fundavit, quas inter pie vivens ac moriens, ibidem ipſa ſepeliri voluit. In hoc templo, præter Canoniſſas, ſunt Canonici duodecim. Ita ſcripſit Miræus de Can. cap. 1. Sic pariter Itta ſive Iduberga, relicta Pipini vidua inſtinctu S Amandi, ſe & ſua Deo vovens, monaſterium Nivellenſe fundavit, in quo filiam ſuam Gertrudem præfecit, quæ anno 664. pie in Domino mortua eſt. Monaſterium autem Nivellenſe modò eſt Capitulum utriuſque ſexus, in quo Canoniſſæ eæque nobiles, & ſæculares digniorem obtinent locum. De Canoniſſis, quas Teutonia frequentes habet, tractat Claudius Enſpencæus lib. 2. de Continentia cap. 12. Nivellenſe Canoniſſarum Collegium conſtat ex duabus & quadraginta: ille autem, quæ cæteris præeſt, Abbatiſſa nuncupatur. Præter illas eſt in eadem Baſilica Canonicorum triginta Collegium; qui ſolemnioribus anni diebus feſtis in eodem cum Virginibus choro ſacra celebrant, reliquo autem anni tempore in ſacello vicino munia ſua obeunt. Sic de illis Miræus cap. 14. & Erhardus Vvinheim in ſacrario Agrippinæ pag. 77. & 112. Veſtibus utuntur ſericis, quibus ſuperponunt album Rochettum, caput velo contegunt, quod uſque ad terram dependet, olim criſpatum & rotundum collare gerebant, ut Icon oſtendit, modò tamen eo non utuntur.

De his etiam ſcripſerunt Pennottus lib. 3. c. 49. Joannes Molanus in SS. Belgii ſub die 17. Martii & Joannes Mauburnus lib. 3. Venatorii cap. 29.

XXXIII

Canonicheſſa
IN COLONIA
DI S. MARIA
In Campidoglio.

SICOME in Roma, così in Colonia è un luogo, detto Campidoglio, nel quale S. Geltrude, moglie di Pipino, fondò un Collegio di nobili Fanciulle, frà le quali viſſe, e morì. In queſta Chieſa, oltre le Donne Canonicheſſe, ſono anche dodici Canonici, come ſcriſſe il Mireo cap. 1. Nella ſteſſa conformità Itta overo Iduberga, vedova di Pipino, ſtimolata da S. Amando fondò il monaſtero di Nivelle, in cui fece Superiora S. Geltrude ſua figliuola, che morì nell'anno 664. Queſto monaſtero di Nivelle adeſſo è un Collegio di Canonici, e Canonicheſſe, le quali di ſtirpe nobile hanno il luogo più degno. Claudio Eſpenceo nel libro 1. della Continenza al capo 12. dice, che il Collegio di Nivelle è formato da quarantadue Canonicheſſe, la ſuperiora delle quali ſi chiama Abadeſſa, e di trenta Canonici, quali nelli giorni più ſolenni nel medeſimo coro cantano i divini Uffizii con eſſe; e nelli giorni ordinarii oſſiziano in un luogo ſeparato. Tanto racconta il Mireo nel capo 14. ed' Erardo Vvinheim nel ſuo Sacrario di Colonia alla Carta 77. e 112. Uſano veſti di ſeta, alle quali ſoprapongono un bianco Rochetto: cuoprono il capo con un velo, ſteſo fino à terra: Nelli tempi paſſati portavano un collaro creſpo, e tondo, come ſi vede nella imagine, adeſſo però non l'uſano.

Di eſſe ſcriſſe anche il Pennotto lib. 3. c. 49. Il Molano de Santi di Fiandra alli 17. di Marzo, e il Mauburno nel lib. 3. cap. 29.

Sanctimonialis Capuccinissa

XXXIV

Moniales

CAPUCCINÆ.

FLoruit Neapoli nobilis fœmina, cui nomen Maria Longa, quæ post conversionem ad Deum, habitum tertii Ordinis S. Francisci suscepit, & Fœminarum Xenodochio, suis opibus extructo, illius se obsequiis, ac ministerio mancipavit anno 1542. Hæc cum sacra loca Hierosolymis visitare animo agitaret, Dei monitu, ut fama est, agnovit, illi magis gratum fore, si monasterium Virginum, sub titulo S. Mariæ in Hierusalem extrueret, cujus ædificationem statim aggressa est, & in illud cum duodecim Virginibus, jam sexagenaria, se contulit, & apostolica auctoritate solemnem Votorum formulam, sub titulo tertii Ordinis S. Francisci, concepit, & Apostolico diplomate ejus monasterii Abbatissa constituta est, deinde Capuccinorum exemplo arctiori S. Claræ Regulæ omnes adhæserunt, capuccinarum nomine electo, quod apostolico diplomate confirmatum est. Hæ sanctimoniales mira vitæ austeritate florent. Veste lanea, ac rudi absque lineo indusio, induuntur: nunquam, nisi morbo laborent, carnibus vescuntur: lacticiniis tantùm extra regularium jejunorum tempus jis uti licet: nudis pedibus sandalia, juxta Capuccinorum morem, adhibent: Quiescentes nunquam vestes axuunt, neq; aliud in lecto, præterquam tabulas, sibi substernunt: media nocte, ad matutinas horas cõsurgunt ter quoq; præter privatas, communem corporis flagellationem exercent in hebdomada: velata semper facie extraneos alloquuntur, & silentium inter se servant. Caput contegunt albo & lineo velamine cui aliud nigrum imponunt. Ita Zacharias Boverius in Annal. Capuccin. tom. 1. ad anno 1542. pag. 329.

XXXIV.

Monache

CAPUCCINE.

VIsse in Napoli una nobile matrona, chiamata Maria Longa, la quale applicatasi al servizio di Dio vestì l'abito del terz' Ordine di S. Francesco, e fabricato à sue spese un'Ospedale s'impiegò in servire in esso agli Infermi nell'anno 1542. Desiderò poi di andare à visitare i luoghi santi in Palestina, ma per divina inspiratione conobbe, che sarebbe stata cosa più grata à Dio, il fondare un monastero di Vergini, sotto il titolo di S. Maria in Gerusalemme; onde subito pose ciò in esecuzione è in età di sessanta anni vi si racchiuse con altre dodici Vergini, e con autorità Apostolica professarono i voti religiosi sotto titolo di Terz' Ordine di S. Francesco; ma poi essendo ella Abbadessa, risolverono di osservare la Regola più stretta di S. Chiara ad esempio delli Padri Capuccini, con il nome de' quali vollero essere chiamate, e tutto si fece con l'auctorità del Sommo Pontefice. Vivono queste Religiose con grande austerità: Vestono su la nuda carne panno di lana grossa: non mangiano mai carne, se non inferme, con piè nudi usano i sandali: Dormono sempre vestite sopra le tavole: si alzano à mezza notte per recitare il matutino: trè volte la settimana usano flagellarsi, oltre altre penitenze, da loro volontariamente elette. Parlano sempre con gli estranei à grate chiuse, e frà di loro osservono silentio. In capo portano un pannolino bianco che cuoprono con un'altro nero.

Tanto afferma il P. Zaccaria Boverſio negli Annali de' PP. Capuccini Tom. 1. all'an. 1542. carte 329.

Sanctimonialis Carthusiana

XXXV

Moniales
ORDINIS
CARTHUSIENSIS.

PRÆTER Sacerdotes, & Laicos, quos *Converſos* dicunt in Ordine Carthuſiano, ſunt etiam Moniales, quæ & *Converſas* habent, quibus omnibus præficitur una, Prioriſſa appellata; verùm pro adminiſtratione Sacramentorum, aliiſque id genus, quæ peragere ad Fœminarum ſexum non attinet, inſtituitur Vicarius, qui monachis quibuſdam ad eum juvandum electis comitatus, junctiſque in ædibus habitans, monialibus opportunè adminiſtrat. Hæ autem Chriſti ſponſæ ab Epiſcopis conſecrantur; nigro velo caput operiunt: divinum cultum inſtar monachorum perſolvunt, & ſimilibus quoque albis indumentis utuntur. At verò ſimul edentes, ſimul operantes & in dormitorio communi quieſcentes, non tantam vitæ aſperitatem ſectantur, quantam & Monachi; non enim poſſet fragilis ille Sexus tantum oneris ferre. Hæc omnia expoſui verbis Petri Sutoris ex lib. 1. cap. 5. de vita Carthuſiana. In Theatro Chronologico Ordinis Carthuſien. Caroli Joſephi Morotii part. 6. quæ continet *Monaſteriologiam* ſub n. 36. refertur, anno 1232. fuiſſe fundatum monaſterium Sanctimonialium Carthuſienſium in loco, cui nomen eſt Prati mollis in Delphinatu, & hoc primum invenitur, ab Hugone Delphino, & Beatrice filia Petri, Comitis Sabaudiæ, ejus uxore extructum. Legatur Camillus Tutinus in proſpectu Carthus. Hiſt. & Chronicon Carthuſſ. Teodori Petræi lib. 5. cap. 4. Patronam habent hæ Moniales Beatricem de Ornacien Gallofrancam, quæ vixit an. 1305.

XXXV

Monache
CERTOSINE.

OLTRE i Sacerdoti, e Laici chiamati Converſi, de' quali ſi compone la Religione delli Certoſini, ſi trovano anche monache del medeſimo Inſtituto, alle quali commanda una Priora, e per amminiſtrare loro i Sacramenti, e tuttociò, che al Seſſo feminile non ſi conviene, è deputato un Vicario, il quale in compagnia di alcuni habita in caſe, vicine alli monaſteri, per eſſere pronti nelle occaſioni. Sono però velate dalli Veſcovi con un velo nero, con cui cuoprono il capo, eſſendo però le veſti bianche come quelle degli huomini: Vivono con vita comune, lavorando inſieme, cibandoſi nel medeſimo Refettorio, nè ſono aſtrette à Regola di tanta aſprezza, poiche fù ſtimata eccedente alla debolezza feminile. Tuttociò racconta Pietro Sutore nel libro ſopra la Vita delli Certoſini. Nel Teatro Cronologico di queſt'Ordine, ſcritto da Carlo Giuſeppe Morotio, e parte 6. che contiene la fondazione delli monaſteri, al numero 36 ſi riferiſce, che nel 1232 fù fondato il monaſtero di Monache Certoſine, nel luogo, chiamato di Pratomolle nel Delfinato, e queſta fondazione è la prima riferita, e fatta da Ugo Delfino, e Beatrice figliuola di Pietro, Conte di Savoja, moglie di lui. Riconoſcono per Protettrice queſte Monache Beatrice de Ornacien, Gallofranca, quale viſſe nell'anno 1305. Chi più deſidera legga l'Iſtoria di Camillo Tutino, e la Cronica della Certoſa di Theodoro Petreo al lib. 5. cap. 4.

Sanctimonialis Cassiani

XXXVI

Moniales

CASSIANI.

JOANNES Cassianus, natione Scytha, ex Theodosia, Tauricæ Chersonesi Urbe, oriundus, sed patria Athenienſis in Beth. lemitico Cænobio à pueritia educatus Ægyptum peragravit & monasteria invisit. Constantinopolim profectus à S. Joanne Chrisostomo Diaconus creatus est, & ad Innocentium I. Papam Legatus missus à quo factus fuit Presbiter. Capta ab Alarico Romana Urbe Massiliam anno circiter 410. venit, ubi monasterium instituit, à S. Victore Martyre deinceps nuncupatum, in quo plures annos sanctissime vixit. Alterum quoque mulierum Cænobium fundavit, quod ætate Gennadii Episcopi adhuc extabat, hoc est circa annum ut scripsit Bellarminus de script. Ecclesiasticis 490. Omnia hæc affirmat P. Philippus Labbe de Script. Ecclesiast. V. *Cassianus*. In eis regularis disciplinæ fervorem magnum pluribus annis permansisse scripsit Joannes Tritemius Abbas Spanheemensis de script. Eccles. Nullus tamen regulas, vel Viris, vel Fœminis à Cassiano præscriptas refert. At cum Cassianus de Institutis Cænobiorum libros aliquot ediderit, illos vixisse juxta documenta, in eisdem exarata, proculdubio credendum est. Ejusmodi moniales juxta Regulas D. Augustini vivere ex Decretis Pontificum aliqui referunt. Quoad habitum spectat, ajunt illum ex laneo, alboque panno fuisse, cui lineum Rochettum superaddebant, & velamen capiti nigrum.

De Cassiano multi scripserunt. Vide Bellarminum de script. Ecclesiast. Baronium ad anno 1435. Trithemium &c.

XXXVI

Monache

DI CASSIANO.

GIOVANNI Cassiano, oriundo di Teodosia della Scitia, e nato in Atene, dopo essere stato educato sino da fanciullo nel monastero di Betlem, andò in Egitto, ove visitò gran parte delli monasteri, in esso sparsi. Indi si trasferì à Constantinopoli, ove fù ordinato Diacono da S. Giovanni Crisostomo Arcivescovo, e poi mandato Legato ad Innocenzo I. Papa di questo nome. Espugnata poi Roma da Alarico, partì è andò à Marsilia circà l'anno 410. e ivi fondò un monastero di Monaci, chiamato di S. Vittore martire, frà quali visse santamente per molti anni. Ne instituì anche un'altro per le Donne, quale ancora durava sotto il governo del Vescovo Ennodio, cioè sino al 490. nel qual tempo egli viveva, come riferisce il Bellarmino nelli Scrittori Ecclesiastici. Tuttociò si racconta dal P. Filippo Labbe nel suo libro delli Scrittori medesimi. Aggiunge Giovanni Tritemio, che in tale monastero durò per molti anni il fervore della disciplina regolare. Niuno però dice, quali regole fossero, à quelli prescritte: ma havendo Cassiano scritto alcuni libri della Instituzione monastica, è senza dubio da crederſi, che vivessero secondo le leggi, e precetti dati in essi. Scrivono però che doppo per Decreto di Sommi Pontefici quelle monache vivessero sotto la Regola di S. Agostino. Per quello che spetta all'abito vestirono di lana bianca, sopra cui portavano un Rochetto di lino bianco, e incapo il velo nero.

Scrissero di Cassiano il Bellarmino, il Trisamio, il Labbe, e altrî il Baronio.

Carmelitana antiqua

XXXVII

Moniales

ANTIQUÆ

De Monte

CARMELO.

CUM circà annum 326. D.Elena, hyerosolimam profectu esset, sepulchrum invenisse dicitur,quod prius inveniri non poterat,revelatione duarum Sanctimonialium in spelunca quadam ob persecutionem Tyrannorum latitamtium, ut refert Jo.Baptista Lezana in Annal. Carmelitis ad anno 328. Arnoldus Bostius, Joannes Palæonidorus, & alii, eas Sanctimoniales affirmant fuisse Ordinis Æliani. Eo enim tempore (ajunt) solùm Ælianum extitisse Institutum.At quæ fuerint hæ moniales incertum.Certum tamen est, D. Helenam erexisse regale monasterium in loco Dominici Sepulchri, ut refert idem Bostius hist. lib.23. in quo posuit plures devotas virgines, quas velari procuravit, viventes juxta normam Monachorum Montis Carmeli. Huic monasterio præfecit duas prædictas Virgines quarum auxilio invenerat S.Christi sepulchrum, earum altera Maria nomine aliarum mater effecta est, eaque defuncta,ait Bostius S.Syncleticam successisse, deinde S.Saram, post Saram Romanam quamdam nomine, seu Nonnam. Ita Palæonydorus & Coria. Qua nam veste uterentur non ita certum.Icon exposita exhibet antiquam imaginem, indutam more Carmelirarum, scilicet tunica ravi coloris, & pallio brevi albo.

XXXVII

Monache

ANTICHE

Del Monte

CARMELO.

SI Racconta, che S.Elena Imperatrice, andata nell'anno 326. in Gerusalemme,e non potendo ivi trovare il sepolcro di Nostro Signore, che finalmente le fosse scoperto il luogo,ove stava, da due monache, quali solitarie vivevano in una spelonca per timore delli Barbari, come riferisce Giovanni Battista Lezana negli Annali Carmelitani all'anno 328. ArnoldoBostio,Giovanni Paleonidoro è altri,i quali asseriscono, che erano monache dell'Ordine Carmelitano detto anche di S.Elia;poiche (dicono essi) che in tal tempo non vi era altro Ordine Religioso.E incerto però quali fossero queste Monache:ma è altrettanto certo, che S.Elena fondasse un monastero nel luogo, ove trovò il Santo Sepolcro, come riferisce lo stesso Bostio nel libro 23. nel quale collocò molte Vergini, procurando, che vivessero secondo la Regola delli Solitarii, abitanti nel Monte Carmelo. A questo monastero assegnò per Direttrici le due monache sopradette, una delle quali chiamata Maria, fù la Superiora di tutte, e morta questa, dice il Bostio che succedè S.Sincletica, poi S.Sara,e dopo Sara una Virgine chiamata Romana,overo Nonna.Non è noto di qual veste fossero vestite queste Monache. L'imagine qui posta ne rappresenta una presa da un'antica Pittura, vestita come i Padri Carmelitani, cioè di tonaca di colore Tanè scuro, e mantello corto, e bianco.

Sanctimonialis Carmelitana

Moniales
ORDINIS
CARMELITANI

In Europa, & alibi.

INSIGNIS est ordo Monialium, per totam Europam diffusus, in quo fœminæ sanctitate percelebres floruerunt non minus quam antea Hierosolymis, post regulæ antiquæ mitigationem ab Innocentio IV. circa anno 1248. impetratam. At non clarissime patet, quod nam eorum Cœnobium inter cetera primo loco sit enumerandum. Meo quidem judicio referenda sunt monialium Cœnobia ad ea tempora, quibus Auctores affirmant, Viros Carmelitici Ordinis in Europam ex Palestina transmigrasse. Frater Petrus Thomas Saracenus in menologio Carmelitarum pag. 287. narrat, quòd anno 1209. seu 1212. Principes aliquot Angli, scilicet Joannes de Vesey, Dominus de Alnelvico, & Riccardus de Grey, Dominus de Codenore, milites in sacro bello, Eremitas aliquot Carmeli in Angliam traduxerint, ubi Cœnobium primum Alnelvici fundatum est. Alios quoque circa idem tempus in Galliam, Hispaniam, Scotiam, Siciliam, & Italiam traductos scimus. Festum S. Ludovici à Carmelitis colitur, ut idem Saracenus affirmat in Menologio p. 402. eò quòd Rex Sanctus in Galliam, ab Oriente rediens, secum Carmelitas fratres traduxerit, & maximis ditaverit muneribus, quod accidisse anno 1245. testatur D. Primus Episcopus Cabilonensis in sua Topographia Sanctorum. Tota series facti narratur in eodem Menologio. Cum autem crescceret in Europa Carmelitarum Familia, Honorius Pontifex anno 1227. constit. *Vt vivendi normam* eorum Ordinem confirmavit. Ex quo tempore magnos in Ecclesia fructus moribus, & doctrina afferre cæpit. Quod idem putandum est de Monialibus, quæ ut Viri, veste simili conteguntur, scilicet tunica, & scapulari ravi coloris, pallio usque ad talos protenso albo, & loco pilei nigrum velum capite gestant, sub quo aliud album latet.

Monache
CARMELITANE

In Europa, e altrove.

EInsigne l'Ordine delle Monache Carmelitane, sparso per tutta l'Europa, in cui fiorirono Vergini insigni per santità, dopo havere Innocenzo IV. mitigata la regola antica circa l'anno 1248. sicome erano state per l'addietro. Non si sà però di certo in in qual tempo, e in qual luogo fosse fondato il primo monastero di esse. Si può dire con probabilità, che si cominciassero à fondare monasteri di quest'Ordine negli anni medesimi, ne quali scrivono gl'Istorici essersi li Religiosi Carmelitani trasferiti dalla Palestina in Europa. Il P. Pietro Tomaso Saracenо, à carte 287. del Menologio Carmelitano, racconta, che nell'anno 1209. ò pure nel 1212. Giovanni da Vesey Signore di Alnelvico, e Riccardo de Grey Signore de Codenore, nobili Inglesi, e soldati nella guerra sagra, trasportarono in Inghilterra alcuni Religiosi del Carmelo, e che in Alnelvico si fondò il primo Convento di quest'Ordine. Si sà ancora, che nel medesimo tempo ne furono trasferiti altri in Francia, Spagna, Scozia, Sicilia, e Italia. Si celebra nell'Ordine Carmelitano la festa di S. Lodovico Rè, come si dice nel Menologio à carte 402. perche tornando questo Rè in Francia condusse seco alcuni Religiosi, e loro concedè molte grazie circà l'anno 1245. come afferma il Vescovo di Chalon nella Topografia de'Santi, crescendo poi nell'Europa questa Religiosa Famiglia, Onorio Papa nell'anno 1227. con la Bolla *Vt vivendi normam*, la confermò, e da quel tempo cominciò à fiorire per gran Santità, e Dottrina. Il che probabilmente si deve credere intorno alle monache. Queste usano veste simile, cioè tonaca di color tanè, e manto lungo bianco con velo nero in capo soprapposto ad un'altro bianco.

Carmelitana in Gallia

XXXIX

Monialium

CARMELITARUM CONGREGATIO

In Gallia.

FRanciſca de Amboiſe, Britanniæ minoris Præpotens Duciſſa, in matrimonio Virginitatis integritate ſervata, poſt Ducis mariti obitum, monaſterium ædificavit prope Urbem Nanneti anno 1463. cum Templo ſub titulo trium Mariarum pro monialibus Ordinis Carmelitici, advocatis novem Sororibus ex monaſterio Leodienſi, pro quo à Summo Pontifice Sixto IV. multas gratias, & privilegia obtinuit, in eoque ipſa ſe incluſit anno 1467. emiſitque profeſſionem Votorum coram Patre Joanne Soreth, Ordinis Carmeliticiæ Præpoſito Generali, atque in eo pie vixit. Denique anno 1485. æque ſanctitatis operibus, ac admirabili vita conſpicua migravit in Cœlum, eam comitantibus SS. Virginibus ſociis S. Urſula, quas in vita peculiari cultu venerata fuerat. Differunt ejus moniales aliquantum à cæteris in habitu. Illum enim geſtant coloris Badii cum mantello albo, pellium vellere tecto, ſeu malis dicere *ferrato*, ut legitur in Statutis Ordinis de Sempringham; caput tamen tegitur nigro velamine. Hoc monaſterium exinde fuit translatum ad ſuburbium Urbis Vanetenſis in Gallia Celtica, ubi modò eſt.

Ita Lezzana in Annalibus Carmeliticis ad An. 1427. & ſeq. P. Daniel à Virgine Maria in Vinea Carmeli num. 996. Andreas de Sauſsay in Martyrologio Gallicano die 4. Octobris.

XXXIX

Monache

CARMELITANE

In Francia.

LA venerabile Franceſca d'Amboiſe, Ducheſſa di Bretaigne, eſſendo viſſuta in matrimonio con perfetta continenza, dopo la morte del Duca ſuo marito edificò un monaſtero, vicino alla Città di Nantes l'anno 1463. con una Chieſa, intitolata delle trè Marie: acciòche in quello viveſſero Monache dell' Ordine Carmelitano, chiamate per la fondazione di eſſe nove monache dal monaſtero di Liegi. Ottenne per detto monaſtero molte grazie, e privilegi dal Sommo Pontefice Siſto IV. e nel 1467. ella ſteſſa vi ſi rinchiuſe con prender l'abito religioſo, e fare la ſolenne Profeſſione delli Voti alla præſenza del P. Giovanni Soreth, Generale di tutto l'Ordine. Viſſe poi in quello per alcuni anni con fama di Santità ſingolare, e finalmente nell'anno 1485. partì da queſta Vita, accompagnata da molte Vergini, compagne di S. Orſola, alle quali eſſe haveva profeſſata particolare venerazione. Differiſcono queſte Religioſe nell' abito delle altre Carmelitane; poiche portano tonaca, e patienza di colore bigio, e un mantello bianco, foderato di pelli di Agnellino, e velo nero in teſta. Fu trasferito poi queſto monaſtero al Borgo preſſo la Città di Vannes.

Tutto ciò è cavato dagli Annali del Lezzana all'anno 1427. e dal P. Daniele della Vergine Maria nella Vigna del Carmelo al num. 996. e dal Martirologio di Francia del Veſcovo Andrea Sauſſay alli 4. di Ottobre.

Carmelitana Discalceata

XL

[Moniales

CARMELITANÆ

Discalceatæ.

DIVA Theresia Deo inserviendi studio anno 1533. monasterium Incarnationis, quod Albulæ est B. Virgini de Monte Carmelo sacrum ingressa, veste carmelitici Ordinis se induit, deinde cælesti spiritu afflata pristinam S. Alberti Regulam in constitutione Honorii III. approbatam primùm sibi, mox Virginum Cœtibus, postremò duobus ex Carmelitis, quos mitigatos vocant, proposuit strenue servandam. Propterea monasterium construxit & quatuor Virgines inopes delegit, Antoniam à Spiritu Sancto, Mariam à Cruce, Ursulam à Sanctis, & Mariam à S. Joseph. quas veluti quatuor lapides angulares posuit in monasterio, cui nomen S. Joseph, & Pius IV. anno 1565. primævam Regulam Carmelitanum, ad proxim revocatam à S. Theresia suis litteris approbavit. Patres; quos elegit, alter Antonius à Jesu virtutibus Religiosis illustris, Joannes alter à cruce, sanctitate & miraculis clarus, inter Beatos relatus. Hi in natali Hispaniæ solo prope Albulam antiquiori carmelo noviſſima fundamenta dedere. Eorum auxilio quamplurima monialium Cœnobia excitavit D. Theresia in diversis Hispaniæ Regionibus, in quibus insignes sanctitate Virgines floruerunt, sicuti pariter per totam Europam, ubicunque ejus constitutiones sanctè observantur. Vestibus à Carmelitis non differunt, sunt enim ejusdem coloris, cappam tamen longiorem gerunt è crasso panno, cum velamine nigro in capite cui aliud superimponunt magis extensum cum præsertim ad altare accedunt: pedibus lanea tela tectis cum sandaliis ex canabe incedunt, ut S. Mater Theresia in capite octavo constitutionum illis præscripsit; & orationibus, Jejuniis, vigiliisque frequentibus austeram vitam traducunt.

XL

Monache

CARMELITANE

Scalze.

PER desiderio di servire à Dio prese l'abito di Religiosa Carmelitana l'anno 1533. nel monastero detto della Incarnazione in Albula, la celebre Vergine S. Teresa: la quale poi inspirata da Dio elesse di vivere secondo il rigore della Regola, data da S. Alberto, e approvata da Papa Onorio III. e allettò alla sua imitazione alcune Vergini povere, cioè Antonia dello Spirito Santo, Maria della Croce, Ursola de Santi, e Maria di S. Gioseppe, quali furono come quattro pietre fondamentali del monastero, fabricato, e dedicato à S. Giuseppe da S. Teresa, e fù con esso formata la prattica della regola antica dell' Ordine Carmelitano dal Ponteſice Pio IV. approvata nel 1565. Fu la medesima regola proposta dalla Santa Vergine à due Padri Carmelitani, quali volontieri l'elessero, e propagorono con ajutare la Santa nelle fondazioni di altri simili monasteri, e furono li Padri Antonio detto di Giesù celebre per le sue Virtù, e il P. Giovanni della croce, che insigne per santità, e per miracoli fù dichiarato Beato, si propagò poi questo rigore di Vita sì negli Huomini, come nelle Donne, non solamente per la Spagna, ma per tutta l'Europa, e pertutto vivono con grande osservanza, e rigore. Nella veste non sono differenti dalli Carmelitani, se non che portano la cappa di panno assai più lunga, usano sandali di Canape con piedi calzati benche siono denominate scalze, perche così prescrisse nel capo 8. delle loro Constituzioni la S. Fondatrice. Portano un velo nero in capo soprapposto ad un bianco, e al nero un'altra ne aggiungano più ampio principalmente quando devono comunicarsi non usano lino sopra il corpo, e dormono su la paglia, e non mangiano carne, se non sono inferme.

Sanctimonialis Cisterciensis

XLI

Moniales
ORDINIS
CISTERCIENSIS.

ANNO Domini 1113. Ciſtercii decimo ſexto S.Bernardus Ciſtercium ingreſſus eſt cum triginta ſociis congregatis ex conſanguinis,amicis,& extraneis, aliquibus uxoratis, conſentientibus uxoribus mutuæ ſeparationi, divino etiam ipſis famulatui mancipandis. Hæc narrat Angelus Manrique in Annal. Ciſtercii ad an.1113.c.1. num.2. additque, ad hunc finem *D.Bernardum monaſterium ædificaſſe in quo omnes ſimul Deo conſecrarentur, quia ſicut Viros collegit in unum locum, ſic uxores placuit non diſpergi in aliis Virginum Cœnobiis, quæ tunc non deerant in Burgundia, atque illis Vitam Ciſtercii præſcribere. Fundatum eſt igitur* (reſumit cum Surio in lib.1. Vitæ S.Bernardi) *Monaſterium Sanctimonialium, quod fuit primum Monialium Ciſtercienſium apud Villetum* (*alias Jullejum dicitur*) *in Lingonenſi Paræcia quod poſtea crevit, & uſque ad hæc tempora manet celeberrimum*. Itaque Ciſtercienſium Monialium Inſtitutum S.Bernardum habuit Parentem. Hinc falsò S.Humbelinæ à pluribus adſcribitur, quæ non magiſtra, ſed diſcipula fuit ejus Inſtituti. Videatur Menologium Ciſtercienſe Angeli Manrique die 21.Auguſti. Moniales hujus Ordinis etiam veſtibus albis uſas ſicuti & Monachos ſcapularibus autem griſeis habemus ex Cæſario Heiſterbacenſi, qui refert viſionem, qua puer Jeſus involutus pannis albis & faſcia griſea beatæ Chriſtinæ dicitur oſtenſus; modò tamen ſcapularibus nigris utuntur, ſicut & vela mine capitis ſupra aliud album. In choro cuculla monaſtica alba utuntur ut Monachi.

Omnia hæc ex Annal.Ciſtercien.

XLI

Monache
DELL' ORDINE
CISTERCIENSE.

NELL' anno del Signore 1113. e dall'Oſtine Ciſtercienſe 16.in cui S.Bernardo entrò nel monaſtero con trenta Compagni parte amici,parte parenti, trà quali alcuni erano accaſati, e ſi ſepararono dalle mogli con conſenſo di eſſe. Tutto ciò narra Angelo Manrique nel cap.1. e num.2. dell' anno 1113, e poi aggiunge che S.Bernardo edificò un monaſtero in cui ad imitatione degli huomini ſi conſecraſſero le Donne,non giudicando che ſi diſtribuiſſero in altri monaſteri, quali in quel tempo non mancavano nella Borgogna; anzi eſſere conveniente che profeſſaſſero il medeſimo tenore di vita delli mariti laſciati, e perciò dice che queſto fù il primo monaſtero di Monache dell'Ordine Ciſtercienſe. Aggiunge il Surio nel libro primo della Vita di S.Bernardo, che tal monaſtero fù edificato in un luogo detto Villeto nella Dioceſi di Langres, quale poi creſcendo diventò il più celebre degl' altri, ſiche S.Bernardo fù il primo Fondatore delle monache Ciſtercenſi, che perciò falſamente alcuni aſſeriſcono eſſere ſtata S.Umbelina,quale fù diſcepola,e non fondatrice di tale inſtituto. Uſano le Monache le veſti bianche con lo ſcapolare nero, ſicome nero hanno il velo del capo ſoprapoſto ad'un'altro bianco. Racconta Ceſario Eiſterbacenſe, che anticamente uſavano lo ſcapolare grigio per una certa viſione havuta dalla B.Criſtina,di Gieſù Bambino faſciato con faſcia di tal colore.In choro portano la cocolla monaſtica bianca come li Monaci.

Tutto ciò è regiſtrato negli Annali dell' Ordine Ciſtercienſe.

Cisterciensis Abbatissa Cupersani

XLII

Abbatiſſa Ciſtercienſis

In Monaſterio

CUPERSANI.

EST Converſani in RegioneBarii Civitatis vetuſtiſſimæ monaſterium ſub D.Benedicti titulo,à S.Mauro ejuſdem S Benedicti diſcipulo in Monachorum uſum conſtructum, ſed cum malitia temporum Abbate & Monachis deſtitutum fuiſſet; Rodulphus Epiſcopus Cardinalis Albanenſis Apoſtolicæ Sedis in Regno Siciliæ Legatus, auctoritate Clementis IV. Pont. accedente prece Philippi Conſtantinopolitani Imperatoris, illud cum omnibus ſuis juribus tradidit incolendum Monialibus S.Mariæ de Verge Ordinis CiſtercienſisMotonenſisDiœceſis Provinciæ Romaniæ, per Græcorum potentiam à monaſterio ejectis,una cum Demeta Paleologa Abbatiſſa. Actum hoc eſt anno D.1266.Deinde an.1271.Gregorias X.Rodulphi diſpoſitionem confirmavitDiplomate*Cum à Nobis*,& alio ſub S.Sedis Apoſt.protectione monaſteriũ recepit,& Pius V. an.1569.Abbatiſſæ indulſit,ut opera Vicarii ſui juriſdictionem in Clericos,& Laicos in Oppido Caſtellanæ exerceret. Ob id beneficia omnia confert, habetque uſum baculi Abbatialis; eſtq; monaſterium ob multa Privilegia celeberrimum, cui fere in tota Italia aliud ſimile non reperitur, & regularis diſciplinæ nobiliumque Sacrarum Virginum Seminarium. Ejus meminit Lambertinus 1. part. lib.2. de jure Patronatus, & fuſiùs Ughellius in tomo 7. Italiæ Sacræ, ubi omnia ſupradicta diplomata recenſet, ejus Abbatiſſæ imaginem hic exponimus, ejus veſtis alba eſt cum cuculla pariter alba.

XLII

Abbadeſſa Ciſtercienſe

Nel Monaſtero

DI CONVERSANO.

IN Converſano Città antichiſſima nel Territorio di Bari è un monaſtero dedicato à S.Benedetto, fabricato già da S.Mauro diſcepolo del medemo Santo per uſo delli Monaci Benedittini;ma eſſendo ſtato da queſti per l'inconſtanza de'Tempi abbandonato, il Cardinale Ridolfo Veſcovo di Albano Legato Apoſtolico nel Regno di Sicilia con l'autorità di Clemente IV. per le preghiere di Filippo Imperatore di Conſtantinopoli, lo donò con tutto ciò,che ad eſſo apparteneva alle Monache dell'Ordine Ciſtercienſe, quali erano ſtate ſcacciate dal proprio Monaſtero della Proviucia diRomania dalla Potenza de Greci inſieme con Demeta Paleologa Abbadeſſa di eſſe. Ciò accadde l'anno 1266.e nell'anno 1271. Gregorio X. confermò con la Bolla *Cum à Nobis* la Conceſſione fatta dal Cardinale Ridolfo, e con un'altra ſoggettò tale Monaſtero all'immediato Governo della Sede Apoſtolica: e nel 1569. il S. Pontefice Pio V. concedè all'Abbadeſſa la giuriſdizione; onde poteſſe per mezzo di un ſuo Vicario eſercitare il governo temporale, e ſpirituale nella Terra detta Caſtellana, ad eſſo Monaſtero ſoggetta, che perciò la medeſima conferiſce i benefitii,e ha l'uſo dal Paſtorale proprio delli Abbati,godendoſi ampii privilegii da queſto Monaſtero, che forſi è il più celebre nell'Italia, e ſempre pieno di nobiliſſime Vergini. Di eſſo fece menzione il Lambertino de Jure Patronatus, e più diffuſamente. L'Ughellio nel tomo 7. della Italia Sacra ove regiſtrò tutte le bolle ſopraccennate.Quì ſi eſpone l'imagine dell'Abbadeſſa, il di cui abito è bianco con cocolla parimenti bianca.

Monialis S. Columbani

XLIII

Moniales

S. COLUMBANI.

B. Columbanus, in Hibernia natus S.Benedicto contemporaneus, paternam domum relinquens, cum monachis in Gallias migravit, & in Burgundia Luxovii cænobium conſtruxit. Poſtea ab impia Regina Brunichilde expulſus in Italiam ſeceſſit, ubi Bobienſe monaſterium condidit. De ejus ſchola Monachi prodierunt, qui velut Aſtra virtutibus clari micuerunt. Ita Odericus Vitalis in hiſt. Eccleſiaſtica lib.8. in tomo ſcriptorum Normannicorum, & S.Bernardus in vita S Malachiæ cap.5. ait. Ex Hibernia ad has noſtras gallicanas partes S.Columbanus aſcendens, Luxovienſe conſtruxit monaſterium, factum ibi in Gentem magnam. Ajunt tam magnam fuiſſe, ut ſuccedentibus ſibi viciſſim choris, continuarentur ſolemnia divinorum, ita ut ne momentum quidem diei, ac noctis vacaret à laudibus. Et Jonas in vita Euſtatii Abbatis. Quidam Vir (ait) venerabilis, Romericus nomine, per exemplum Columbani, & Euſtratii prædicationem monitus, ad Luxovium veniens, Monachichæ inſtitutioni ſe ſubdidit; poſtea, Euſtraſio annuente, puellarum monaſterium in ſuo propro inſeruit, & Regulam Columbani illis cuſtodiendam indidit. Idem Jonas in vita Sanctæ Burgundoforæ Abbatiſſæ cap. 1. B. Burgundofora monaſterium, quod Evoriacas appellatur, ſecundum regulam S.Columbani inſtruit, & ad exemplum Sanctorum præcedentium Patrum cum aliis ancillis Dei religioſam vitam inibi duxit. Veſtibus induebantur candidis.

XLIII

Monache

DI S. COLOMBANO.

Nacque S.Colombano in Ibernia, Contemporaneo di S.Bernardo, e poi andoſſene in compagnia di alcuni monaci in Borgogna, e nella Città di Luxevil edificò un monaſtero; ma mandato in eſilio dalla Empia Regina Brunichilde, venne in Italia, ove edificò il monaſterio di Bobbio preſſo Piacenza, e dalla ſcuola di lui fiorirono monaci, che à guiſa di ſtelle ſplenderono per le Virtù. In queſta maniera ne ſcriſſe Odorico Vitale nel libro 8. della iſtoria eccleſiaſtica: e S.Bernardo nella Vita di S.Malachia al capo 5. dice, che S.Colombano ito nella Borgogna edificò un monaſtero, sì numeroſo di Monaci, che nè per un momento ſi ceſſava dal Salmeggiare, ſuccedendo gli uni à gli altri di giorno, e di notte. Giona nella Vita di Euſtratio Abbate dice, che un certo huomo venerabile, chiamato Romerico ad eſempio di S.Colombano, e predicazione di Euſtratio ſi fece monaco nel monaſtero Luxovienſe, e poi con l'approvazione di Euſtratio fondò vicino à quello un monaſtero di fanciulle, alle quali præſcriſſe l'oſſervanza delle Regole di S.Colombano. Lo ſteſſo autore nella vita di S.Burgundofora Abbadeſſa nel capo primo dice, che detta Santa inſtruiva le ſue monache ſecondo la Regola di S.Colombano, e ad eſempio dell'Religioſi preceduti ſerviva Dio con eſſe ſuddite ſantamente. Le veſti erano bianche.

Conceptionis B Mariæ

XLIV

Moniales

ORDINIS

CONCEPTIONIS

B. MARIÆ.

ANNO 1484. ordinem monialium Conceptionis in honorem B. Virginis Toleti inchoavit Beatrix à Sylva, nobiliſſima Virgo Luſitana. Utuntur illæ tunica & ſcapulari albis, ſupra quod imago eſt Deiparæ, Infantem Jeſum bracchiis ſuſtinentis, qui lancea ſerpentem enecat, & clamide cærulea, qua veſte induta B. Virgo illi apparuerat velamen nigrum capite geſtant fere uſque ad Genua productum. Innocentius autem VIII. P. M. rogante Iſabella Hiſpaniæ Regina, Beatrici & ſodalibus ejus anno 1489. conceſſit, ut veſte, & titulo Conceptionis Deiparæ utentes ſub Regula Ciſtercienſis Ordinis, & Diœceſani Præſulis obeoientia in poſterum Deo ſervirent. Beatrice anno pruxime ſequenti defuncta, Sodales ejus, impetrata ab Alexandro VI. facultate ann. 1494. S. Claræ Regulam ſed ſub conceptionis veſte, & nomine amplexæ ſunt. Julius demum II. ipſas à Ciſtercienſium Ordine eximens, Franciſcanorum, ut vocant, Obſervantium curæ anno 1511. commiſit, & Franciſcus Angelicus, Caſtellæ Vicarius Provincialis, qui poſtea Ordinis Seraphici Generalis Miniſter fuit, ipſis ſtatuta, quæ hodie ſervant, anno 1516. præſcripſit. Eodem Franciſco de Angelis agente, Marina Cardena, fœmina nobiliſſima, ſuis opibus in Urbe Roma ad radices capitolii titulo S. Mariæ monaſterium hujus Inſtituti anno 1525. excitavit, & cum alliis decem mulieribus ejuſdem Ordinis veſtem ſumpſit, ut Gonzaga commemorat 1. part. hiſt. Seraph. pag 21. & Aubertus Miræus Orig. Monac. lib. 5. cap. 14.

XLIV

Monache

DETTE DELLA

SANTISSIMA

CONCEZZIONE.

DIEDE principio à queſt'Ordine di Monache in oſſequio della Beatiſs. Vergine in Toledo l'anno 1483. La nobiliſſima Vergine Beatrice à Silva, Portugheſe di nazione. Uſano queſte monache tonaca, e patienza bianche, ſopra la quale portano l'imagine della B. Vergine con il Bambino Gieſù in braccio, il quale con una lancia feriſce un ſerpente. Uſano poi un manto di color celeſte, perche in tal'abito veſtita le apparve la Madre di Dio. Inſtituito queſt'Ordine da Iſabella Regina di Spagna, Innocenzo VIII. nell'anno 1489. concedè, che uſaſſero tal veſte, con detto titolo ſotto la Regola dell'Ordine Ciſtercienſe, e le ſottopoſe alla giuriſdizione del Veſcovo. Morta poi Beatrice nell'anno 1494. con facoltà di Aleſſandro VI. eleſſero la Regola di S. Chiara ma ritennero l'iſteſſo titolo, e Giulio II. nell'anno 1511. le tolſe della cura delli Monaci Ciſtercienſi, e le conſegnò alla direzione delli Padri Franceſcani, chiamati della oſſervanza: onde furono per eſſe ſtabilite particolari Conſtituzioni nell'anno 1516. del P. Franceſco Angelico, Vicario Provinciale di Caſtiglia, e poi Generale di tutto l'Ordine. Per opera del medeſimo Marina Cardena Donna nobiliſſima, impiegò le ſue facoltà nella fabrica d'un monaſtero di monache del medeſimo inſtituto, ponendolo alle radici del Campidoglio di Roma l'anno 1525 ove con dieci altre Vergini ſi conſacrò à Dio, come riferiſce il Gonzaga nelle prima parte à carte 21, e il Mireo lib. 5. cap. 14.

Solitaria Sanct.^mę Conceptionis

XLV

Virgines Solitariæ

SANCTISSIMÆ

CONCEPTIONIS.

POSTQUAM Ven. Virgo Urſula Benincaſa Congregationem Virginum ſub titulo immaculatæ Conceptionis inſtituerat, aliam excogitavit, cujus Alumnæ ab humano conſortio ſeparatæ clauſæ in Eremo viverent, ibique D. Mariam Magdalenam imitarentur. Ejuſmodi Congregationem decrevit, cum ejus oculis Virgo Deipara ſe obtulit candida veſte amictam, & cæruleo pallio exornatam. In ejus dextera parte multæ Virgines ſimili veſte indutę aſtabant, in ſiniſtra autem, in qua Jeſus matris bracchio inſidebat, aliæ Virgines ſub nigra veſte erant, ex quibus aliquæ juſſu Divini infantis ſe primis, candida veſte indutis, addiderunt. Monuit deinde Urſulam Deipara, ut Filio jubente Congregationem triginta trium Virginum, cum ſeptem aliis adminiſtris erigeret in Domo, alteri Congregationi propinqua, quibus ſemper clauſis, omne cum aliis conſortium penitus interdiceretur. Tale mandatum exequi ob mortem Urſula non potuit, at poſt eam extructa fuit Eremus, & die Purificatæ Virgini ſacra ſolemni pompa illam ingreſſæ ſunt anno 1679. facultate Pontificia Clementis IX. Magdalena Urſina, Violanta Caravita, & Pacifica Ambroſina, moniales Ordinis S. Franciſci; cum jis aliæ tres ex Congregatione Virginum, ab ipſa Urſula inſtituta: inſuper ex alio Cœnobio moniales quinque. Voto peculiari perpetuam clauſuram ab omni commercio ſecluſam profitentur, ab ęſu carnium, niſi infirmæ ſint, ſe abſtinent, atque jis quidquid ad vitæ ſubſtentationem attinet Virgines oblatę ſubminiſtrant. Veſte utuntur alba cum ſcapulari, & pallio cæruleo, diſcalceatæ ſandalia geſtant, quamvis ſub Inſtituto PP. Theatinorum vivant, & ab jis in Vita Religioſa diriguntur.

Omnia excepta ſunt ex Vita Urſulæ Benincaſæ quam ſcripſit P. Joan. Baptiſta Bagatta Teatinus 1696.

XLV

Vergini Romite

DELLA SANTISSIMA

CONCEZIONE.

DOpo che la venerabile Vergine Orſola Benincaſa haveva fondata la Congregatione della Santiſſima Concezione ſottopoſta alla Religione delli PP. Teatini, diſegnò di fare un Eremo di Vergini, quali, ſegregate da ogni commercio, attendeſſero come S. Maria Madalena alla Vita contemplativa, e ciò per rivelazione havuta dal Cielo, quando rapita in eſtaſi vidde la Santiſſima Vergine veſtita di bianco con manto ceruleo, e il Bambino con una veſte nera in mano, e molte Vergini alla deſtra di lui veſtite come la madre, e altre alla ſiniſtra di nero; e parvele, che il Bambino faceſſe paſſare alcune di queſte nere alla claſſe delle bianche; Le diſſe la Vergine che Iddio voleva in quel luogo vicino alla caſa della Congregazione eretto un'Eremo, nel quale viveſſero trentatrè Vergini, oltre ſette ſerventi, le quali ſegregate da ogni humano commercio, ſi impiegaſſero ſempre in orazione, penitenze, e altri eſercizii ſpirituali. Queſto Eremo ſi fondò dopo la morte di Orſola nell' anno 1633. e fù finito l'anno 1667: e con funzione ſolenne nel giorno della Purificazione nell' anno 1679. con facoltà di Clemente IX. entrarono nell'Eremo la Madre Madalena Orſini, Violanta Caravita r Pacifica Ambroſini dell' Ordine di S. Franceſco, trè altre della Congregazione delle Teatine con altre cinque d'un'altro monaſtero. Oltre la ſolitudine ſi aſtengono ſempre dalla Carne, eccetto che nelle infermità. Tuttociò che ſpetta al mantenimento di eſſe, ſi ſomminiſtra dalle Vergini della prima congregazione. L'abito è bianco il manto, e patienza di colore celeſte, portano ſcalze i ſandali come le monache capuccine, benche ſiano ſottopoſte alla Religione, e governo delli PP. Teatini.

Tutto ciò ſi racconta nella Vita di Orſola ſcritta dal P. Bagatta.

Sanctimonialis Dominicana

XLVI

Moniales

ORDINIS

S. DOMINICI.

ANno 1207. institutum est à S.Dominico celebre monasterium Prulliani, quod locus est inter Tolosam, & Carcassonam. Ejus erigendi occasionem S.Antoninus sic exponit 3.par. cap.1. §.4. Cum ibi Dominicus permaneret, ut hæresis suæ prædicationis officio extirparetur, cumque quidam fideles nobiles filias suas ob inopiam traderent hæreticis erudiendas in perfidia. deliberat Dei servus se ipsum venumdare ut pretio sui illis subveniretur, nec perirent in animo, salvatoris nostri imitatus exemplũ, quod utique feciſſet, nisi qui ad majora eum elegerat, aliter miseriæ illorum providiſſet, & Theodoricus lib.1.cap.6.ait. Erant illis in locis nobiles aliquot, qui inopia adacti filias suas tradebant hæreticis nutriendas, imò verò à moribus pestiferis corrumpendas, eorum exitiale opprobrium miseratus Dei servus, monasterium quoddam, in quod reciperentur instituit in loco, quem Prullianum vocant, ubi ancillæ Christi perpetuò incluſæ admirandas Constitutiones arctumque silentium sectarẽtur, & laborantes manibus suis in conscientiæ puritate Creatori suo jucundum exhiberent famulatum. Subdit S.Antoninus. Quæ cum numero & merito creverint in immensum, odorem suum longe lateque diffundentes, multas Deo devotas ad imitationem sui SS.Fœminas provocarunt ad similia Cœnobia constructa. Hoc monasterium Prulliani ante Ordinem Prædicatorum à S.Dominico fundatum, postea sub Instituto Dominicanæ Religionis acceptum, adhæc usque tempora perseverat, sacris Virginibus, e prima gallica nobilitate clarum. Veste & scapulari induũtur albis cum velo nigro supra caput, sub quo aliud velamen album latet. Tunicam circa lumbos cingunt zona coriacea nigra, quæ à Religiosis Ordinis S.Augustini passim adhibetur.

De hoc ordine, qui vocatur secundus à S.Dominico institutus, Primus enim est Virorum, scripserunt P. Iacobus Susatus, S. Antoninus PP.Garzo, Flaminius, Thomas Malvenda ad an.1221. & alii.

XLVI

Monache

DI

S. DOMENICO.

INstituì S.Domenico nell'anno 1207. il celebre monastero di Prulliano, luogo situato frà Tolosa, e Carcassona. L'occasione di tale fondazione è raccontata da S.Antonino nella part.3. capo 1. § 4. in questo modo. Dimorando S.Domenico in quel paese, e procurando con la sua predicazione di estirpare l'Eresia, e vedendo, che molte persone nobili sforzate dalla povertà, consegnavano alli Eretici le loro figliuole, acciòche restassero da essi ammaestrate nelli Dogmi perversi, deliberò il Santo di vendere se stesso, per impiegarne il prezzo in sovvenimento di quelli; ma perche Iddio l'haveva eletto per cose maggiori, trovò altri modi per provederli, e fondò una casa in un luogo detto Prulliano, in cui racchiuse buon numero di fanciulle, acciòche ivi servissero à Dio, con lavorare, à fine di mantenere la vita, e osservassero altre Regole, che il Santo loro prescrisse. Soggiunse S Antonino, che queste fanciulle furono poi incitamento à molte; onde si fabricarono altri simili monasteri. Questo monastero fù eretto prima che il Santo instituisse l'Ordine delli Padri Predicatori; ma poi fù annoverato all'Instituto di essi, e sino al giorno d'oggi persevera con molta osservanza, e Religioso splendore, ripieno di Vergini vestite di bianco, e velate di nero, scelte dalle più nobili Famiglie della Francia, cingono la tonaca con la cintura di pelle comune alli Religiosi di S.Agostino.

L'Ordine delle Monache viene chiamato il secondo instituito da S.Domenico, poiche il primo è degli Huomini. Di esso scrissero Giacomo Susati. S.Antonino, li PP.Garzone, il Flaminio, e Tomaso Malvenda, e altri.

Dominicana Cappa nigra induta

XLVII

Monialis

S. DOMINICI

Cum Cappa.

SICUTI Patres Ordinis Prædicatorum tunicæ & scapulari albis superimponunt Cappam nigram, tunc præsertim, quando domo egrediuntur, ita pariter ejusdem Ordinis Sanctimoniales simile cappa utuntur, cum choro adsunt, vel ad sacram sinoxim sumendam accedunt ad altare. Ejusmodi habitus formam à B. Vergine fuisse præscriptam Religiosis Dominicanis non pauci Scriptores referunt. Inter eos præcipuus Reverendissimos Vincentius Bandelius Magister totius Ordinis in Comment. Constit. dist. 1. cap. 15. hæc verba recensuit. *Ipsa B. Dei Genitrix, quasi Ordinis nostri felix vestiaria B. Reginaldum corporaliter visitans ad ingressum Ordinis monuit & induxit, & habitum, quem nunc deferimus induendum ostendit, dicens. En iste est habitus Ordinis tui. -- & ex tunc tam B. Dominicus, quàm ceteri Fratres illo habitu à B. Virgine cælitus ostenso, videlicet tunica & scapulari albo, & cappa nigra usi sunt. Sanctimoniales quoque S. Xisti, eundem habitum divinitus præmonstratum induisse in promptu credere est.* Notat tamen P. Thomas Malvenda in Annalibus Ordinis pag. 214. satis constare Dei Genetricem pro singulari ac proprio Ordinis habitu ipsum solum scapulare dedisse, nam reliquæ vestes jam à Fratribus antea usurpatæ erant. Cur autem album & nigrum colorem præferant, P. Joannes Antonius Flaminius in lib. 2. historiæ, quam texuit, sic explicat. Interior tunica puritatem mentis & animi candorum præfefert, exterior verò conveniens luctibus color pœnitentiam & carnis macerationem indicat, & perpetuam mortis memoriam suggerit. Hæc omnia recensuit supradictus P. Malvenda in Annalibus.

XLVII

Monaca

DOMENICANA

Vestita della Cappa.

SICOME gli Huomini Religiosi dell'Ordine delli PP. Predicatori aggiungono alla Tonaca, e Scapolare bianco una Cappa nera principalmente quando devono uscire di casa, così anche le monache dell'Ordine medesimo hanno l'uso d'una Cappa simile, nelle funzioni sacre, e quando si accostono al sacro Altare per ricevere la Santissima Eucharistia. Essere stato prescritto quest. habito dalla B. Vergine, si riferisce da molti Scrittori; trà essi il principale è il P. Vincenzo Bandelio Generale di tutto questo sacro Ordine il quale nelli Commentarii delle di lui Constituzioni dist. 1. al capo 15. scrisse, che la Beatissima Vergine apparì al B. Reginaldo, e l'esortò à rendersi Religioso Domenicano, con dirgli Questo sarà il tuo abito per l'avvenire, mostrandogli quello, che si usa dalli Religiosi Domenicani, cioè tonaca, e scapolare bianchi, e cappa nera. Onde da quel tempo si cominciò ad usare da tutti. E poi aggiunge doversi credere, che nel tempo medesimo si cominciasse ad usare dalle Monache, quali erano in San Sisto di Roma. Nota però il P. Tomaso Malvenda negli Annali dell'Ordine à carte 214. essersi dalla B. Vergine aggiunto solamente lo Scapolare bianco, poiche le altre vesti cioè Tonaca, e Cappa già si usava in quel tempo. Perche poi sieno di questi colori fù spiegato dal Padre Gio: Antonio Flaminio nel libro 2. della istoria da lui tessuta, scrivendo che la Tonaca bianca interiore significa la purità dell' Animo, e la Cappa esteriore nera con il suo colore simbolo di pianto, mostra la penitenza, e macerazione della carne, sicome anche la memoria della morte. Tuttociò è registrato negli Annali del sopracitato P. Malvenda.

Dominicana Tertij Ordinis

XLVIII

Moniales

S. DOMINICI.

Quæ dicuntur Tertii Ordinis seu de Pœnitentia.

SANCTUS Dominicus videns jura Ecclesiæ ab Hæreticis usurpata, præcipue in Regione Tolosana, instituit quamdam militiam Virorum, qui juramenta præstabant, se, suaque bona exponendi, ut hæretica pravitas evinceretur. Ut autem à Conjugibus impediri non possent, etiam Uxores jurabant, se Viros non impedituras. Vocavit autem eos Fratres de militia Christi, utque aliquo signo dignoscerentur præscripsit, ut tam Viri quàm Fœminæ album & nigrum colorem semper haberent in vestibus. Post mortem S. Dominici hi Fratres decreverunt mutare nomen, & vocari Fratres de Penitentia, eò quòd Hæreticis deficientibus, necessaria non videretur pugna nisi interior. Cessavit post S. Petrum Martirem hæc pia turba Virorum, sed remansit in mulieribus, quibus P. Munio natione hispanus vivendi modum præscripsit juxta Documenta S. Dominici, qui vocatur Regula Tertii Ordinis, licet hic Regularis non sit; non enim profitentur tria vota Religionis. In aliquibus tamen locis inveniuntur Congregationes ejusmodi mulierum, quæ etiamsi vota publica non profiteantur, vivunt simul in aliqua domo inclusæ instar Monialium, earum vestem exposita imago demonstrat, scilicet tunicam & scapulare alba, & pallinum nigrum capiti impositum, usque ad pedes protensum: Quamobrem hæ sorores dicuntur etiam *Mantellatæ* ut testatur P. Raymundus Capuanus in vita S. Catharinæ Senedsis num. 69. Talem Sororum Ordinem Privilegiis dotarunt multi Pontifices præcipue Honorius III. Gregorius IX. & Honorius IV. De illo scripserunt P. Jo. Ant. Flaminius lib. 2. in vita S. Dominici & P. Ferdinandus Castillus in hist. cap. 49.

XLVIII

Monache

DOMENICANE

Dette del Terz'Ordine overo della Penitenza.

VEDENDO S. Domenico che gl' Eretici usurpavano l'Autorità della S. Chiesa, principalmente nel Paese di Tolosa, instituì una Compagnia di huomini, i quali si obligavano con giuramento di esporre la Vita, acciòche restasse vinta la perfidia di quelli; e perche non potessero essere impediti dalle mogli, queste anche giuravano di non opporsi. Chiamò questa Campagnia Militia di Christo, e acciòche fosse conosciuta ordinò che tanto gl'Huomini, quanto le Donne si vestissero di bianco, e nero, per esprimere l'innocenza, e l'umiltà. Morto poi il S. Fondatore, determinarono farsi chiamare Fratelli della Penitenza; poiche essendo mancati gli Eretici, non rimaneva loro altra guerra che col'inimico interiore. Cessò questo Instituto negl' huomini dopo S. Pietro Martire, ma perseverò nelle Donne, alle quali prescrisse Regole di vivere conformi alli Documenti di S. Domenico, il P. Maestro Munio Spagnolo, e furono chiamate Regole del Terz' Ordine, benche in questo non si professino li trè Voti di Religione. In alcuni luoghi però si trovano Congregationi di esse, qual' vivono in comune, nè escono di casa, benche non obligate alla Clausura, ma per l'ordinario ciascuna vive da se nella sua casa privata. Sono queste sorelle chiamate anco Mantellatæ (come afferma il P. Raimondo Capuano nella vita dl S. Catarina da Siena num. 69.) poiche sopra la veste, e patiẽza bianca usano un manto di lana nero pendente dalla testa fino à piedi, Fu dotato quest'Ordine di Privilegii da Onorio III Gregorio IX Onorio IV., e altri, e di esso scrissero il Padre Gio. Antonio Flaminio nel libro 2. della vita di S. Domenico, e il P. Ferdinando Castillo nel capo 49. della sua istoria.

Sanctim: S. Eligij in Gallia

XLIX

Moniales

S. ELIGII

In Gallia.

VIXIT circa annum 650. S. Aurea, natione Syra, ſtirpe edita illuſtri, præſantique forma. Hæc caſtitatis amore ſe mari permiſit, & in Gallias, Deo auſpice, ducta Pariſios venit, ubi à S. Eligio, Epiſcopo Noviomenſi, & ſimul Tornacenſi ſuſcepta paterno affectu, ab eo locum ſecretum petiit, in quo toto vitæ decurſu Deo famularetur, Annuens Eligius, illi monaſterium in domo propria ædificavit, & trecentis præfecit Virginibus, quas illa Virtutum fragrantia ad ſe pertraxit, ut illis eſſet Magiſtra Religionis. Ibi Aurea ſanctiſſimam vitam ducens, omnibus exemplo, velut ſol quidam inter ſydera, facem ſanctitatis prætulit, patientia, jejuniis, orationibus, ſanctiſque Inſtitutionibus, quas ex ſacrorum librorum meditatione hauriebat, commiſſo ſibi Græci prælucens. Arctam in cellulam ſe contulit, ubi incluſa perſtitit annos ſeptem tanta cum abſtinentia, ut pane vix ſe refocillaverit, & aquam niſi cinere percolatam deguſtaret; Poſtremo Collegium Virginum convocavit, quibus, ſalutaribus verbis ſingillatim vale dixit, ſeque ſigno crucis muniens, tandem ab hac luce caduca ad æternam migravit. Fulget Lutetiæ Pariſiorum conſpicua S. Eligii memoria in ſui nominis Cœnobitica Æde, Virginibus conſtructa. Alia multa monaſteria, partim ejus opere, partim Inſtitutione late per Galliam conſtructa eſſe memorat in Martyrologio Gallicano Epiſcopus Andræas de Sauſſay. At quæ fuerint Conſtitutiones, Monialibus præſcriptæ, non dicit. Veſtem, & Velamen capitis nigrum illæ gerunt, & tunicæ mantellum album ſuperimponunt.

Geſta S. Aureæ referuntur in eodem Martyrologio Gallicano die 4. Octobris. Sancti vero Eligii die 1. Decembris.

XLIX

Monache

DI S. ELIGIO

In Francia.

VISSE circa l'anno 650. S. Aurea, di natione Sira, nata da ſtirpe illuſtre, la quale eſſendo di belliſſime fattezze, deſideroſa di vivere Vergine, fuggì dalla Patria, e datasi in preda al mare, approdò in Francia, e giunta à Parigi, fù con affetto Paterno ricevuta da S. Eligio, allora Veſcovo di Nojon, e Tournai. Chiedendogli quella un luogo per vivere Romita, e lontano da ogni commercio humano; il Santo le fabricò un monaſtero nella propria ſua caſa, ove la fece ſuperiora di trecento Vergini, le quali allettate dalla fama di S. Aurea, riſolverono di ſpoſarſi con Dio. Furono queſte perfettamẽte ammaeſtrate nelle Virtù dalli rari eſempi di tale Superiora, la quale ſempre creſceva nella perfezione religioſa con le regole cavate dalle Sacre Scritture, da eſſa meditate. Viſſe per lo ſpazio di ſette anni rinchiuſa in una piccola cella, ove ſolamente ſi cibava di poco pane, beveva poca acqua fatta prima paſſare per la cenere. Finalmente chiamate tutte le ſue diſcepole, ad una ad'una ſalutolle, e ſegnataſi col ſegno della Croce placidamente morì. Si conſerva in Parigi la memoria di S. Eligio, e S. Aurea nel luogo, da lui fabricato à queſta Vergine. Così parimente ſono nella Francia altri monaſteri, parte de quali furono dal medeſimo fondati, parte da altri con l'Inſtituto, da lui preſcritto, come riferiſce nel Martirologio Gallicano il Veſcovo Andrea Sauſſay, al primo di Decembre. ſe bene non ſi dicono le Regole oſſervate dalle Monache, quali veſtono di nero, e ſopra la veſte mantello bianco.

La memoria di S. Aurea è alli 4. di Ottobre nel medeſimo Martirologio.

Sanctimon Fontis Ebraldi

Moniales ORDINIS FONTIS EBRALDI.

MOnasterium Fontis Ebraldi nomen accepit à Fonte loci, in quo situm est. Fuit quidam Juvenis, Robertus nomine, qui genere nobilis, sed moribus pravus viatores infestabat sicariis stipatus. Mutavit hìc mores exhortationibus cujusdam concionatoris insignis Parisiensis monachi benedictini, quem Arbicellum aliqui, alii verò de Arbuscellis appellant, & ardore vitæ austeræ incensus monasteria condidit, tam pro Viris, quàm pro mulieribus sub Urbano II. P.M. circà an. 1088. sed universæ Congregationi Abbatissam præposuit, statuens ut Viri, exemplo S. Joannis Evangelistæ mulieribus parerent; propter illa Verba Christi ad Joannem. *Ecce mater tua*. Deinde Statuta, & Constitutiones pro utrisq; præscripsit. Hanc Congregationem multi deinde Pontifices approbarunt, docentes Ordinem hunc ab illis Verbis Christi *Ecce filius tuus*, *Ecce Mater tua*, originem duxisse. Fuit Robertus, S. Bernardo familiaris ann. 1117. Inter has Moniales floruerunt Mathildis, Comitis Andegavensium filia, Joanna de Brenna neptis Roberti, filia Ludovici Crassi Francorum Regis, Anna Aurelianensis Ludovici XII. Regis Soror, aliæque illustres sanguine Fœmine. Habitum nigrum gerunt, ut Monachi, qualem Icon demonstrat.

De illis Baronius Annal. tom. 12. Martyrologium Gallicanum Andreæ de Saußay 27. Octobris. Benedictus Gononus in Chronico B. Virginis an. 1099.

Monache DI FONTE EBRALDO.

PRese il suo nome il monastero di Fonte Ebraldo da una fonte, che stava in quel luogo, ove fù fondato da un nobile giovane, chiamato Roberto, il quale era molto vizioso, e insieme con altri compagni è Sicarii molestava li Passeggieri; ma perche nell' udire le prediche d'un insigne monaco Benedittino, detto communemente di Arbicello, restò infiammato di desiderio di darsi à Dio, e vivere in solitudine; che perciò edificò alcuni monasteri, ove potessero vivere Monaci, e Monache, sotto il medesimo Instituto, con questa legge, che la Superiora delle Monache commanda s. se anche alli Religiosi, ad esempio di S. Giovanni Evangelista, à cui fù detto dal Redentore. *Ecco la Madre tua*. Ciò accadde circà il 1088. vivente Urbano II. e fù poi approvato questo Instituto dalli Pontefici successori di lui, con dichiarare havere havuta la sua origine dalle parole del Redentore *Ecco il Figlio tuo, Ecco la Madre tua*. Fu Roberto molto Amico di S. Bernardo nell' anno 1117. In questo monastero fiorirono S. Matilde Contessa, Giovanna de Brenna nipote di Roberto, e figliuola di Lodovico Crasso Rè di Francia, Anna d'Orleans Sorella del Rè Lodovico XII., e molte altre nobilissime Donne, rammentate dal Baronio nelli Annali all'anno 1117. sono vestite di nero nella forma espressa dalla imagine.

Trattò di essi il Baronio nel tomo 12. degli Annali, e il Gonone nella Chronica della Beata Vergine all'anno 1099.

Sanctim: Fontis Ebraldi Reformata

LI

Ordo

FONTIS

EBRALDI

Reformatus.

POST enarrationem, quam de hoc Instituto texuit Baronius in suis Annalibus ad an. 1117. hæc verba addidit §. 14. Observandum est Britanniæ Aabatissæ temporibus, ipsa procurante, factam fuisse Ordinis Reformationem juxta Regulam S. Benedicti, & statuta Roberti Institutoris Sixti IV. Pontificis Maximi auctoritate, qui Archiepiscopos Lugdunensem, & Bituricensem delegavit ad eamdem Reformationem exequendam, quæ nunc etiam in Fontis Ebraldi monasterio Prioratibusque circiter sexaginta, qui ab illo pendent, studiose observatur. Extat Epistola 100. D. Bernardi ad Episcopum Andegavensem de querela inter ipsum & Abbatissam Fontis Everardi (ubi legendum Eraldi) de hoc enim loquitur monasterio, quod in Diœcesi quidem Pictaviensi positum est, sed contiguos cum Andegavensi fines habet. Hæc Baronius. Vivebat Maria Britannia Abbatissa, quæ fuit Reformatrix anno 1464. Cetèrùm Ordo ille initium habuit sub Paschale secundo, à quo fuit primùm approbatus, deinde ab aliis Pontificibus. Moniales ejusdem à Monialibus Benedictinis in veste non differunt. Sciendum denique B. Robertum omnia monasteria Virorum dicasse S. Joanni Evangelistæ, Virginum verò B. Virgini; unde vocatur Ordo B. Mariæ Virginis & S. Joannis Evangelistæ.

De eo Benedictus Gononus in Chronico B. Virginis ad an. 1099. Card. Baronius in Annal. tom. 12. & Martyrologium Gallicarum Andreæ de Saussay 27. Decemb.

LI

Monache

DI FONTE

EBRALDO

Riformate.

DOpo la narrativa fatta dal Baronio all'anno 1117. circa la fondatione di quest'Ordine aggiunse nel Paragrafo decimo quarto ciò che segue. Si deve osservare che nel tempo in cui era Maria Britannia Abbadessa del monastero di Fonte Ebraldo, ad istanza di lei fu fatta la Riforma di esse conforme alle Regole di S. Benedetto, e li statuti del P. Roberto, primo Autore del medesimo Ordine con l'autorità del Sommo Pontefice Sisto IV. il quale deputò, perche si ponesse in prattica, gli Arcivescovi di Lione, Bourges, e questa Riforma con ogni studio si osserva nel monastero di Fonte Ebraldo, e circà sessanta Priorati da esso dipendenti. Si trova una lettera, ed è la centesima di S. Bernardo al Vescovo Andegavense circa una querela frà lui, e l'Abbadessa di quel monastero, quale è situato nella Dioceſi di Pojetiers ma confinante col territorio di Angiò. Sinqui il Baronio. Viveva Maria Britanna Abbadessa, quale fù la Riformatrice nell'an. 1464. L'Ordine però di essa cominciò sotto Pasqua. le secondo, il quale fù il primo ad'approvarlo, e poi altri Sommi Pontefici lo confermarono. Non differiscono però queste monache riformate nell'abito dalle monache dell'Ordine Benedittino. E per fine da saperſi, che il B. Roberto dedicò tutti li monasteri delli Monaci à S. Giovanni Evangelista, è quelli delle Monache alla Beatissima Vergine; onde vien chiamato l'Ordine della Madonna, e di S. Giovanni Evangelista.

Di esso scrisse Benedetto Gonone Celestino nella Chronica della B. Vergine all'anno 1099. Il Baronio nel tomo 12. degli Annali, e nel Martirologio di Francia il Saussay alli 27. di Decembre.

Franciscana

LII
Moniales

ORDINIS

S. FRANCISCI

Aſſiatis.

PRAETER Regulas, quas S.Franciſcus Viris præſcripſit, inſtituit Ordinem Sanctimonialium qui Clariſſarum fuit appellatus, à B.Clara, quæ inter eas prima fuit anno 1212. quando B.Clara habitum religioſum induit, illique Regula, ei, quam primam vocant, ferè conſimilis ſtatuta fuit, confirmata primùm à Gregorio IX. vivæ vocis oraculo, & deinde ab aliis Pontificibus in variis conſtitutionibus. Veſte rudi lanea ſine induſio lineo, ut Fratres, quos dicunt, Obſervantes, induuntur, cum cappa ejuſdem coloris uſque ad talos fere producta: velum nigrum, ſub quo aliud album capite geſtant, funè craſſo circa lumbos præcinctæ: nudis pedibus cum ligneis ſandaliis incedunt: ſupra tabulas in palea quieſcunt: vigiliis, aliiſque carnis affictationibus ob Dei amorem ſubjectæ. Harum priſtinam regulam, quam Innocentius IV. mitigaverat, ne aboleretur, anno 1406. ſoror quædam Tertii Ordinis, nomine Coleta, natione Burgunda, virtute inſignis Niciæ profeſſa eſt in manibus Benedicti XIII. & multa monialium Monaſteria priſtinæ paupertati reſtituit, præſertim in Belgio, Gallia, & Germania, quorum plurima adhuc ſanctiſſimè perſeverant.

LII
Monache

DELL' ORDINE

DI S. FRANCESCO

D' Aſiſi.

OLTRE le regole, preſcritte à gli Huomini, da S.Franceſco di Aſiſi, fù inſtituito un Ordine di Donne Religioſe, dette Clariſſe da S.Chiara, da cui ſi cominciò nell'anno 1212., e fù aſſegnata à dette Religioſe la Regola quaſi ſimile à quella, data alli Religioſi, chiamata comunemente la Prima Regola, e confermata da Gregorio IX. con la viva voce, e dopo di lui da Varii Pontefici con le Bolle. Veſtono ſenza camicia tonaca di rozza lana, come i Frati comunemente chiamati Oſſervanti, e uſano una cappa lunga ſino à piedi del medeſimo panno, e colore nativo della lana, cinte di groſſa fune: hanno il velo nero ſopra un altro bianco, e ſcalze uſano zoccoli di legno: dormono ſopra ſtrato di Paglia, e con digiuni frequenti, e altre aſprezze ſervono à Dio con gran fervore di Charità. Hor queſta regola di vivere, che poi fù mitigata da Innocenzo IV. acciòche del tutto non ſvaniſſe, dalla B.Coleta Vergine Borgognona del Terz' Ordine di S.Franceſco l'anno 1406. inſpirata da Dio fù rimeſſa in prattica con l'approvazione di Papa Benedetto XIII., e furono in molte parti fondati monaſteri con queſta forma di Vita, principalmente in Fiandra, Francia, e Germania, ove di preſente ancora ſantamente fioriſcono.

Franciscana Vrbanista

LIII

Ordo

CLARISSARUM,

Quas Urbanistas vocant.

CUM Seraphicus Pater Sanctus Franciscus S. Claræ, aliisque ejus Sociis Regulas præscripsisset; Eas Innocentius IV. anno 1245. ut nimis asperas pro Fœminis, mitigavit; & quamvis B. Clara, aliæque multæ paupertatem amantes primævam Regulam observari curassent attamen sororũ numero, & fervore pristino tepescente, Urbanus IV. secundam regulam edidit, & annuos redditus possideri ab eis posse decrevit. Hinc Sorores hujusmodi Urbanistæ dictę sunt. Vocantur tamen B. Francisci Filiæ, & D. Claræ Alumnæ. Veste coloris subnigri induuntur, cui scapulare addunt ejusdem coloris, Mantellum humeris gestant coloris ravi cum divinis functionibus intersunt, aliquæ tamen ejusdem Ordinis mantellum utuntur breviori, ut Romæ in Cænobio S. Silvestri in capite appellato: funiculo albo quinq; nodis distincto lumbos sub scapulare cingunt, Velo albo caput contegunt, cui aliud nigrum addunt, calceamentis utuntur, & bona possident in communi.

De illis Vadingus agit in Annalibus Ordinis Seraphici.

LIII

Monache

DI S. CHIARA

Dette Urbaniste.

ESSENDO giudicate troppo difficili, e aspre le Regole, composte da S. Francesco di Assisi per le Monache, furono da Papa Innocenzo IV. mitigate, benche Santa Chiara con altre sue imitatrici manteneſſero l'osservanza del primo rigore; ma crescendo il numero delle Religiose, e mancando in molte il primo fervore, Urbano IV. compose una seconda regola più mite, e concedè loro, che potessero possedere in comune beni stabili con entrate sufficienti al loro mantenimento. Furono perciò chiamate Monache Urbaniste, benche anche habbiano il nome di Figliuole di S. Francesco, e Discepole di S. Chiara. Vestono di saja, di colore quasi nero con un scapolare quasi lungo quanto è la veste, la quale sotto lo scapulare vien cinta da un cordoncino, in alcuni nodi diviso: nelle Funzioni ò publiche ò del coro aggiungono un lungo mantello di colore tanè. Altre però l'usano più corto come le monache di Roma nel monastero detto di S. Silvestro in Capite. Il capo è coperto di doppio velo, cioè bianco, e nero insieme uniti, e calzate vivono in tutto con regole di minore rigore.

Di esse scrisse il Vadingo negli Annali dell'Ordine Francescano.

Franciscana Tertij ordinis

LIV

Moniales
Tertii Ordinis
S. FRANCISCI.

CUM S. Franciſci prædicatione plures ad Deum converterentur, tum Viri, tum Fœminæ, matrimonialibus legibus obſtrictæ, B. Pater Tertium Ordinem inſtituit, quem de Pœnitentia vocavit, omnibus communem an. 1221. ejuſq; leges Nicolaus IV. collegit, & mitigavit, deinde Leo X. illum confirmavit, aliiq; Pontifices privilegiis dotarunt. Cum igitur magis in dies creſceret, B. Angelina Corbara de Termis, Civitellæ apud Brutios comitiſſa, in Urbe Fulginea an. 1385. facultate Urbani VI. inſtituit clauſuram pro Monialibus tertii Ordinis, extructo monaſtero ſub invocatione S. Annæ ibiq; collectis pluribus Virginibus, vitam degere uſq; ad mortem clauſa decrevit. Demum Virtutibus præclara & plena diebus Animam cæleſti ſponſo reddidit ann. 1435. die 14. Julii. Ejus exemplo brevi temporis ſpatio plurima ſimilia extructa ſunt Cœnobia, quæ uſque ad numerum centeſimum trigeſimum quintum creviſſe dicuntur, & ad harum Sororum exemplum plurimi quoque Viri cœnobia extruxerunt, ubi regulas tertii Ordinis religioſe ſervant. Harum monialium veſtis parum differt aveſte Clariſſarum, Incedunt tamen calceatæ cum ſandaliis, panno laneo coloris nativi indutæ fune præcinctæ ſine ſcapulari, & ſine mantello velamini albo capitis, aliud nigrum ſuperimpoſſunt.

De B. Angelina ſcripſerunt Hipolitus Maraccius in Hæroidibus marianis pag. 17. Ludovicus Jacobillus in ejus vita, & Martyrologium Franciſcanorum.

LIV

Monache
Del Terz' Ordine
DI S. FRANCESCO.

MOssi molti dalle Prediche di San Franceſco à caminare per la ſtrada della ſalute, e ſeguitare i conſigli del Santo, sì Huomini, come Donne, egli inſtituì regole per un Terz' Ordine, chiamandolo di Penitenza comune, e proprio di ogni ſtato, e qualità di perſone: ciò fù l'anno 1221. Le conſtituzioni di eſſo furono ordinate, e mitigate da Papa Nicolò IV. confermate da Onorio III., e arricchite di Privilegii da altri ſucceſſori di lui. Creſcendo ſempre più queſt'Ordine, la B. Angelina Corbara, conteſſa di Civitella di Abruzzo, nell'an. 1385. con facoltà di Urbano VI. fondò nella Città di Fuligni un monaſtero, ove ella con altre Fanciulle profeſsò le regole di queſto terz'Ordine, obligate alla Clauſura. Morì ella inſigne per le ſue virtù alli 14. di Luglio dell' ann. 1435. e in breve tempo fù imitata da molti, fabricandoſi monaſteri; ſiche ſi riferiſce eſſer giunto il numero di eſſi in pochi anno ſino à cento trentacinque. Furono imitate le donne anche dagli Huomini, come parlandoſi delli Religioſi ſi è detto. La veſte di queſte monache non è differente da quella delle monache di S. Chiara, veſtendo di lana nera del colore nativo, cinte di fune ſenza ſcapulare, e ſenza mantello, calzate uſano i ſandali, e il vele bianco, e nero in capo.

Della B. Angelina ſcriſſero Ipolito Maracci, e Lodovico Jacobillo nella vita di lei, e il Martirologio Franceſcano.

Tertij Ordinis S. Francisci Montibus

LV

Soror
Tertii Ordinis
S. FRANCISCI
In Hannonia.

SUNT etiam in aliquibus partibus Belgii,& præsertim Montibus Hannoniæ aliquot piæ mulieres, quæ Regulis Tertii Ordinis S.Franciſci obtemperant. Hæ olim utebantur veſte ſubcinericii coloris, fune, Franciſcanorum more, circa lumbos præcinctæ, & albo velamine coopertæ; ſed poſtea aliquo modo reformatæ veſte utuntur, accedente omnino ad colorem Patrum Franciſcanorum, quos Recollectos vocant, & velamen nigrum capite geſtant,retento tamen nomine Griſearum Sororum. Hujuſmodi Inſtituti multæ ſimul in domo aliqua vivunt, e qua nunquam exeunt, etiamſi voto in ea non detineantur; profitentur tamen vota Caſtitatis, & Obedientiæ; Illis una præeſt. Piis exercitationibus occupantur,atque etiam litteris operam navant, ceteriſque laboribus, qui Fœminas decent. Earum Iconem exponimus exactiſſime expreſſam.

Hæc omnia ex litteris montibus Romam miſſis.

LV

Donne
Del Terz' Ordine
DI S. FRANCESCO
In Hannonia &c.

SONO in alcuni luoghi della Fiandra, e principalmente in Mons Città dell' Hannonia alcune devote Donne, le quali vivono conforme alle Regole di San Franceſco preſcritte al Terz'Ordine. Queſte per il paſſato veſtivano di color grigio, coperte in capo di panno bianco,e cinte di fune, conforme li Padri di S.Franceſco; ma da molti anni uſano veſte di lana del colore medeſimo uſato dalli Padri Franceſcani,chiamati Recolletti, e cuoprono il capo con velo nero;benche ritengano il nome di Sorelle Grigie. Vivono chiuſe in caſa con vita comune, e profeſſano alcuni voti nella conformità delle monache, non obligate però con voto alla Clauſura; eleggono una Superiora, dalla quale ſono governate: Attendono alle Orazioni, e varii pii eſercizii, ſicome anche allo ſtudio delle lettere, e à tutte le occupazioni proprie del ſeſſo donneſco. Quì ſi eſpone l'imagine d'una di eſſe fedelmente delineata.

Tutto ciò dalla Relazione ricevuta dalla Città di Mons.

S. Francisci Strictioris Obseruantię

LVI

Moniales

S. FRANCISCI

Strictoris Observantiæ.

PLURIMA alia Cœnobia Fœminarum sunt in diversis Orbis Regionibus, quæ sub Regula S. Francisci vivunt, & passim pœnitentes vocitantur. Aliquæ, Eremitarum more, in cellis divisis asperrimam vitam ducunt: in Germania aliquæ sunt, in silvis degentes, murorum tamen circuitu occlusis; sed earum catalogum texere si vellemus, immensus esset labor. Habitu ut plurimum parum inter se differunt; conveniunt tamen omnes in eo, quod rudem illum gestent sine indusio, pedibusque nudis cum sandaliis incedant. Hujus generis duo Cœnobia fundavit Venerabilis Soror Francisca à Jesu Maria ex Farnesiorum stirpe, alterum in Urbe Albana anno 1631. alterum Romæ, sub titulo Conceptionis in Regione Montium anno 1643. Albanensium Monialium imaginem hic exponimus veste Franciscanorum, qui de Observantia dicuntur, indutam, sandaliis, e cannabe utuntur. Velo albo caput tegunt, cui pannum, e gossipio nigrum superaddunt, & globulos precarios nigros, e collo pendentes supra scapulare ante pectus semper gestant, fune rudi præcinctæ. De his cœnobiis egit Andreas Nicoletti in vita ejusdem Franciscæ à Jesu Maria, Romæ italicè impressa.

LVI

Monache

FRANCESCANE

Della osservanza più stretta.

SONO in molte Parti del Mondo varii monasteri di Donne, nelli quali tutte professano vivere sotto la Regola di S. Francesco, e osservano diverse constituzioni, più ò meno rigorose, secondo l'instituzione havuta da Varie persone pie, e zelanti, e molte di esse si chiamano Penitenti: Altre vivono come Romite in sommo rigore chiuse in cella, in perpetua solitudine. Si trovano in Germania alcune sparse in un Bosco, ricinto però da muri, e sarebbe un troppo lungo catalogo il descriverle tutte, e inutile, mentre per lo più convengono nella forma dell'Abito, nel vestir lana sopra la nuda carne, nell'essere cinte di fune, e nell'andare scalze. Di questa maniera sono due monasteri, fondati dalla Venerabile Madre Francesca di Giesù Maria della nobile casa Farnese: uno nella Città di Albano l'anno 1631. l'altro in Roma nel 1643. sotto il titolo della Concezione nel Rione de' Monti. Quì si rappresenta la monaca del monastero di Albano, vestita con veste simile à quella de' Padri Francescani detti dell'osservanza: scalze usano sandali di Canape: hanno in testa un panno bianco, sopra cui è un altro nero di bombace: portano la patienza cinte di grossa fune, e sopra di questa sempre pende dal collo avanti il petto un Rosario nero.

Di questi monasteri lungamente scrisse Andrea Nicoletti nella Vita di Suor Francesca di Giesù Maria fondatrice di essi.

Minima S. Francisci de Paula

LVII

Moniales

S. FRANCISCI

De Paula Minimæ appellatæ.

ANNO 1495. die XI. Junii, B.Barnabæ sacro, Petrus de Lucena Elbianus, nobilissimus eques, & Maria Alphonsa conjux, mira liberalitate domum suam donaverunt, ut Sanctimoniales Ordinis Minimorum institueren. tur; Idcirco præeuntes Maria, & Franciſca, ejusdem Domini fundatoris ex Helena filia neptes, sacram vestem à R.P.Germano Lioneto su. sceperunt, & directioni P.Joannis à Bosco commissæ sunt. Hæc itaque fuerunt primordia Monialium in hoc Ordine, pro quibus S.Franciscus de Paula Regulas sanciverat, quas primùm Alexander VI. approbavit, deinde justis de causis ab eodem S.Institutore mutatas Julius II. constitut. *Inter ceteros* ann. 1506. confirmavit. Earum puellarum exemplo asperum Vitæ genus aliæ quamplurimæ amplexæ sunt, licet absterrendis robustis quibusque hominibus satis esse videretur, dederuntque documentum, nullum esse tam arduum, cui ferendo non sit par quævis ætas, quam Dei gratia prævenerit. Illorum Templum S.Elenæ dicatum fuit.

Hæc omnia narrat in Chronico Generali Ordinis Minimorum P.Franciscus Lanovius, & Isidorus Tuscanus in Vita S.Franciſci de Paula cap.11. pag.404.

LVII

Monache

DI S. FRANCESCO

Di Pavola dette Minime.

NEL 1495. alli 11. di Giugno, dedicato à S.Barnaba, Pietro di Lucena, nobile cavaliere di Olbia, e la moglie di lui Maria Alfonsa con grande liberalità donarono la propria casa, acciòche si fondasse l'Ordine delle Monache Minime di S.Francesco di Pavola: che perciò Maria, e Francesca Nipoti nate da Elena, figliuola di Pietro, furono le prime à prendere l'abito religioso dal P.Germano Lioneto, e si sottomisero al governo del P.Giovanni del Bosco. Queste furono le prime due pietre fondamentali delli Monasteri di questo Instituto, per li quali S.Francesco di Pavola haveva scritte Regole, approvate da Alessandro VI. ma poi per giuste cause mutate dal medesimo Santo, furono stabilite da Giulio II. con la Bolla *Inter cæteros* nel 1506. Queste due Vergini furono poi imitate da molte altre, non atterrite dal rigore dell'Instituto, e diedero esempio à tutte, dichiarando non essere cosa sì difficile nella strada del Cielo, che tutte non si possano superare con la grazia di Dio. La Chiesa di questo primo monastero fù dedicato à S.Elena.

Tutto ciò si racconta nelle Cronache dell' Ordine de' Minimi dal P.Francesco Lanovio, e da Isidoro Toscano nella Vita di S.Francesco di Pavola cap 11.

Sanctimonialis S. Fructuosi

LVIII

Moniales

S. FRUCTUOSI.

IN tomo 2. Codicis Regulam sunt Regulæ S. Fructosi, ubi ex vita, ab Anonymo scripta, & relata à Prudentio de Sandoval in appendice fundationum monasticarum Hispaniæ, habetur, quod S. Fructuosus, hispalensis Episcopus, imitatus SS. Patres Thebaidis, multa monasteria in solitudinibus ædificaverit in Hispania, & cap. 15. dicitur ad ea non solum Virorum, sed Fœminarum animas inflammatas fuisse. Itaque facta est Congregatio Puellarum sic. Quædam Virgo, nomine Benedicta, clara stirpe ex Gardingo, Rege sponsa, ardore religionis succensa, fugiens à Parentibus, in Eremi loca se contulit, & diu errando tandem appropinquavit ad Sanctam Cœnobii Congregationem. Ille verò (S. Fructuosus) hæc audiens jussit, in ea deserti sylva parvam facere mansiunculam; cumque ejus fama per diversas terras fuisset propalata, tantùm cæteras inflammabat, ut undique confluerent quamplurimæ, ita ut intra breve temporis spatium octogenarius numerus Virginum compleretur, quibus in alia solitudine more solito construxit monasterium. Post hæc, licet invitus, in sede metropolitana Braccarensi electus est Pontifex; non tamen pristinam deposuit conversationem, sed in eodem habitu, & rigore persistens, demum ædificato cœnobio inter Bracarensem Urbem, & Dumiense cœnobium in cacumine montis: ibi ejus corpus humatum est circa an. 665. Hic in Regularum capite 4 præscribit Vestem monachorum, nempe cucullam villatam, & simplicem, & palliolum, & tunicam, caligas in æstate, pedules vero hyeme. Griseo colore omnia, cingulum tamen est ex nigro corio. De eo Godefridus Eschenius in Actis Sanctorum Aprilis.

LVIII

Monache

DI S. FRUTTUOSO.

NEL Tomo secondo del Codice delle Regole antiche sono registrate quelle di S. Fruttuoso, e nella vita di lui, riferita da Prudentio Sandoval nell'appendice delle fondazioni delli Monasteri di Spagna, si racconta, che S. Fruttuoso, Vescovo di Siviglia, imitatore delli monaci antichi della Tebaide, fabricò in solitudini varii monasteri: e nel capo 15. si dice, essere vissuti in quelli non solamente Huomini, ma anche Donne: che perciò fù instituito un'Ordine di esse nel modo seguente. Una certa Vergine, chiamata Benedetta, ripudiate le nozze del Rè Gardingo, se ne fugì dalla casa paterna in una solitudine, ove per nn pezzo raminga, giunse finalmente ad'un monastero di Religiosi. Havendo ciò risaputo S. Fruttuoso ordinò, che per lei si edificasse una piccola casetta: e ciò risaputosi, molte accese di desiderio d'imitarla, andarono à trovarla; onde crebbe il numero di esse fino ad ottanta, e per queste S. Fruttuoso edificò un capace monastero. Dopo ciò il Santo fù eletto Vescovo di Braccara contro sua voglia, onde non volle lasciare nè l'abito, nè la solitudine della Cella, che perciò, fabricato un altro monastero, vicino alla Città in cima d'un monte, ivi santamente morì circa l'anno 665. Nel capo 4. delle Regole prescrisse la veste di questi Religiosi, cioè una tonaca, una semplice cocolla con un breve mantello, il tutto di lana grigia, il cingolo di pelle nera, li sandali per l'estate le scarpe per l'inverno.

Di questo Santo scrisse Godefrido Enschenio nel mese di Aprile.

Sanctimon: Fuliensis Ordin: Cistercien:

LIX

Moniales

ORDINIS

FULIENSIS.

POSTQUAM P. Joannes Barrerius, Abbas monasterii S. Mariæ Fuliensis, curaverat revocare Ordinis Cistercienſis Religioſos ad primævam morum Sanctitatem, & multas adverſitates paſſus fuerat, in Fulienſi Cænobio multos admiſſos ſuis angelicis moribus imbuebat, & rigore vitæ ad ſanctitatis bravium contendebat; multi etiam ex ciſtercienſibus ad Barrerium confluebant amplectendæ reformationis amore. Videbantur etiam illuſtres nobilitate fœminæ, à quibus ſub Margherita de Polaſtron, & Jacquelina de Dimptalla conditum poſtea primum Sanctimonialium Fulienſium Collegium. Hujus Congregationis propagationi annuit Sixtus V. in Virorum, & in Virginum Cænobia diviſæ. Primo Reformationis fervore refectionem ſumebant diſcumbendo humi, nihil guſtabant ſale vel oleo conditum: nudis pedibus incedebant, modicam veſtiebant tunicam, aqua ſitim extinguebant, quietem in ſolo nudo capeſſebant; & poſtea auſteritatem moderati ſunt in comitiis generalibus. Cæterum ligneis ſandaliis ambulare, rudem lanam induere, cubare nubis tabulis, aut palea ſtratis, vitam ſuſtinere ſolis lacticiniis, piſcibus, ovis, & oleribus, hæc omnia ſervantur, depoſitis tantùm ſandaliis ligneis, ideo quia monaſtico ſilentio nimium obeſſe compertum eſt. Hæc omnia ex hiſtoria Ordinis Fulienſis P. Caroli Joſephi Morotii pag. 18. Alba veſte ex panno rudi induuntur hæ moniales cum velamine nigro ſupra caput, cui aliud ſubeſt album.

LIX

Monache

DELL' ORDINE

FOGLIANTINO.

DOpo che il P. Giovanni Barrier, Abbate del monaſtero di S. Maria Fulienſe, haveva procurato di rimettere nell'Ordine Ciſtercienſe l'antico Rigore, e patite molte tribolationi, cominciò ad inſtruire alcuni, da lui ammeſſi alla Vita monaſtica. e allettò anche molti già Religioſi dell'Ordine Ciſtercienſe à quel rigore di vita. Oltre gli huomini furono anche alcune donne di ſangue nobile, le quali ſotto la condotta di Margarita di Polaſtron', e Jacquelina de Dimptalla, ereſſero un monaſtero, e ivi cominciarono una Congregazione di monache Fogliantine, e tale riforma, propagata trà gli Huomini, e trà le Donne, fù approvata dal Sommo Pontefice Siſto V. Nel tempo, in cui Cominciò queſta riforma, prendevano il cibo ſedendo in terra: nõ condivano alcuna coſa, nè con ſale nè cõ oglio: caminavano con piedi nudi: erano coperti di una piccola tonaca, bevevano acqua, e in terra nuda giacendo prendevano un breve ripoſo. Ma dopo fù moderato tale rigore di vita in una Congregazione generale, che fecero, e fù determinato, che veſtiſſero di panno groſſo di lana, dormiſſero ſu le tavole, o nude, o con paglia, mangiaſſero ſempre laticinii, e peſci, e legumi, e ſcalzi uſaſſero i Zoccoli di legno, quali poi ſi ſono laſciati, e in luogo di eſſi uſano ſandali di ſola, perche fù giudicato il romore di eſſi contrario al ſilentio, e quiete claustrale. Tuttociò è preſo dalla Iſtoria dell'Ordine Fulienſe, ſcritta dal P. Carlo Giuſeppe Morotio pag. 18. Queſte monache ſono veſtite di panno bianco con velo nero in capo ſotto cui è un altro bianco, e uſano ſandali.

Sanctimonialis S. Giliberti

LX

Moniales

S. GILBERTI.

FULSIT Vir vitæ admirabilis in Anglia anno 1148. S.Gilbertus, natus in loco quodam, dicto de Sempingam; ejus tempore sub Henrico I puellæ quædam audito verbo Dei ex illius ore, cælesti sponso se exhibere decreverunt; ideo Gilbertus, cum sua bona pauperibus erogare decrevisset, septem ex illis secluſit à strepitu mundi, & ab aspectu hominum, deditque præcepta religiosæ disciplinæ, ceteraque, quæ ad Religiosarum vitam decent, ministravit. Monasticæ Vitæ asperitatem, vivendique modum, quem nunquam viderant arctiorem, prædicavit, omnis proprietatis abjectionem, suæ voluntatis restrictionem, carnis mortificationem, laborem continuum, raram quietem, somnum tenuem, jejunia prolixa, cibaria vilia, vestem asperam, quæ his verbis præscribitur in Regulis §.17 *Quinque tunicas habeant, tres ad laborem, & duas amplas, ideſt cucullas in clauſtro & in Eccleſia, & in Capitulo & in Refectorio & in Dormitorio, & ſcapulare ad laborem. Habeant etiam pelliceam de adultis agnis, & camiſeam de groſſiori panno, ſi voluerint & mitras lineas nigras & foratas de agninis pellibus: omnes panni quibus capita earum involuuntur, nigri erunt, & groſſi ſimiliter & vela earum. Caveant ne pallia, vel tunicæ & alia indumenta terram tangant nimia ſui longitudine.* (Hæc omnia ſunt verba exarata in pagina 762. Tom. 2. Monastici Anglicani, unde imaginem accepimus harum Monialium, quæ modo ſublatæ ſunt; Fuerat tamen earum Inſtitutum approbatum primùm ab Eugenio III. deinde ab Adriano, & Alexandro VI:

LX

Monache

DI S. GILBERTO.

NEL 1148. in un luogo d'Inghilterra, detto Sempingam, fiorì S.Gilberto, huomo di vita maravigliosa, per la di cui predicazione inſpirate da Dio nel tempo di Enrico primo alcune Fanciulle riſolverono di ſpoſarſi con lo ſpoſo Celeſte; che perciò Gilberto, havendo riſoluto di dare alli poveri tutto il ſuo patrimonio, eleſſe ſette di eſſe, e le rinchiuſe in un monaſterio, con dar loro Regole di vita religioſa, e sì rigoroſa, che ſino à quel tempo non era ſtata prattica-ta in quel Regno: la mortificazione della carne era ſingolare; la fatica continua, il ſonno legieriſſimo, i digiuni continuati, i cibi vili, e l'abito aſpro, del quale nel §.17. delle Regole, ſi parla in queſto modo. Habiano le Religioſe cinque tonache, trè per adoperarle quando ſi affaticano, e mutarle ſecondo il biſogno, habiano due cocolle per portarle nel chioſtro, e nella Chieſa, nel Capitolo, nel Refettorio, e nel Dormitorio: Habiano anche una pelliccia di pelle di Agnello, e ſe loro piacerà potranno portare camicia di panno groſſolano, i veli del capo ſiano di lino neri, e foderati di pelle d'Agnello, e detti panni, cõ i quali ſi coprirà il capo ſiano neri, e groſſi; e avvertino che le veſti non ſiano lunghe ſino in terra: Tuttociò ſi trova regiſtrato nel foglio 762. del tomo 2. della Iſtoria delli monaſteri d'Inghilterra, donde ſi è tolta l'imagine di queſte monache, approvate da Eugenio III., e poi da Adriano, e Aleſſandro VI. ma hora eſtinte per le varie Ereſie inſorte in quel Regno.

Mulier Hospitalaria Hierosolymis

LXI

Ordo

Fœminarum HOSPITALARIUS.

Fuit Hierosolymis,cum adhuc sub Saracenorum dominio Urbs teneretur,Monasterium, dictum S.Mariæ de Latina, in eo Monachi latini peregrinos excipiebant, prope quod aliud erectum fuit monasterium in honorem B Mariæ Magdalenæ, in quo mulieres religiosæ mulieribus peregrinis ministrarent & hospitio eas reciperent; cum autem postea, confluente peregrinorum multitudine, prædicta monasteria ad omnes recipiendos non sufficerent, aliud in honorem S. Joannis extructum fuit eleemosinis S.Joannis Eleemosinarii postea Patriarchæ Alexandrini. Et cum deinde à Duce Godefrido ab impiorum manibus Civitas sancta liberata fuerit, Vir probus Gerardus, qui in prædicto Hospitali diu ministraverat, habitum regularem suscepit, albam crucem affigens in pectore, solemni professiooe his institutionibus se obligavit. Huic mulier etiam quædam Agnes nomine, Romana natione, nobili stirpe, sed nobilior sanctitate, quæ in alio mulierum Monasterio munus gesserat Abbatissæ, in ministerio pauperum adjuncta,eandem regulam & humilitatis habitum votive suscepit circa annum 1080.Tunica induebatur coloris mustelini cum cruce alba pectori assuta, Velo albo capiti imposito.

Cætera Vide apud Cardinalem Jacobum à Vitriaco in hist orient.cap.64. Guillelmum Tyri Archiepis in hist.belli sacri lib.18.cap.5.& Antonium Gallonium de Virginibus Romanis p.24.

LXI

Ordine

Delle Donne che servono

NELLI OSPEDALI.

Nel tempo,in cui erano Padroni di Gierusalemme gl'Infedeli, era un monastero detto S.Maria de Latina, in cui Monaci latini ricevevano i Pellegrini, e vicino ad esso era un'altro, dedicato è S.Maria Madalena,in cui Donne religiose ricettavano e davano, ospizio alle Donne pellegrine. Ma perche cresceva molto il numero di essi, per il ricevi mẽto de'quali nõ bastavano questi due monasteri, ne fu eretto un'altro in honore di S.Giovanni con le elemosine, date da S.Giovanni che fu poi Patriarca di Alessandria, e in questo Ospedale un Huomo pio, detto Gerardo, prese l'abito Regolare, dopo che Gierusalemme fù liberata dal Dominio de'Turchi, aggiungendo al petto una croce bianca, e fece voto di servire alli pellegrini,quali ivi si ricevevano. Fù questo imitato da una Donna, chiamata Agnese, di natione Romana, nobile di sangue, e molto più per la santità celebre, e si vestì del medesimo abito circa l'anno 1080. La tonaca era di colore lionato con croce bianca aggiunta alla medesima. Il capo era coperto con un velo bianco.

Altre cose racconta Giacomo Cardinale à Vitriaco nella istoria orientale cap.64. Guglielmo Arcivescovo di Tiro nella istoria della Guerra sagra lib.18. cap.5. e il Gallonio delle Vergini Romane pag.24.

Canonissa hospitalaria Parisijs

LXII

Ordo Canoniſſarum

HOSPITALARIUS

In Gallia.

EX Inſtitutione monaſterii hieroſolimitani, in quo B. Agnes cum piis mulieribus ęgrotis inſerviebat, alius ordo Canoniſſarum originem traxit, quæ Pariſiis præſertim, idem munus exercent. Quatuor Cęnobia in ea civitate extructa numerantur: primum Magnum dicitur Zenodochium, ſecundum à S. Catherina, Tertium à S. Gervaſio appellantur. Quartum nomen ſortitum eſt à loco, ubi manet, vulgo *della Rocchetta*. Hæ ſanctimoniales veſte induuntur alba cum rocheto lineo, Pallium quod ab humeris uſque ad talos dependet nigrum eſt. Eas recenſuit P. Molinettus in ſuo Catalogo Canonicorum Regularium pagina 129. quo tempore erecta fuerint hæc Cænobia, non refert.

LXII

Monache

OSPITALARIE

In Francia.

DAlla Congregazione di donne, quali nel monaſterio di Gieruſaleme ſotto la direzione della B. Agneſe ſervivano agli ammalati nell'Oſpedale, traſſe l'origine un ſimile Inſtituto di Canonicheſſe, quali principalmente in Parigi ſi eſercitano in ſimile opera di carità Chriſtiana. Quattro monaſteri ivi ſi numerano di queſto Inſtituto: Il primo ſi dice il Grande Oſpedale, il ſecondo ſi chiama di S. Caterina, il Terzo di S. Gervaſio, il quarto della Rocchetta, nome preſo dal luogo, ove è fabricato. Le monache ſono veſtite di bianco con il Rocchetto di lino: Hanno un manto nero, che dalle ſpalle pende ſino à terra. Di eſſe fece menzione il P. Molinet nel ſuo catalogo delli Canonici Regolari alla carta 129. Da chi foſſero, e in qual tempo fondati queſti monaſteri, e Oſpedali ſi tace.

Sanctim: Ord: Hospitalarij in Gallia

LXIII

Alius Ordo Monialium

HOSPITALARIUS

In Galliis.

OBjit in Galliis ann. 1618. Venerabilis Mater Galliotta de Vaillac, Aquitana, à qua circa annum 1617. Ordo inſtitutus eſt piarum mulierum, quarum impenſis peregrini pauperes per aliquot dies aluntur, nomenque illi impoſuit Hoſpitalarii S. Joannis Hieroſolymitani. Veſte induuntur hæ Moniales nigra, cui ſericeam crucem albam, octo acuminibus diſtinctam addunt ſupra pectus; Pallium itidem nigrum ſuſtinent, ſimili cruce in parte ſiniſtra notatum, cujus acuminibus octo Beatitudines ſignificari dicunt. Eidem pallio precarios globulos ex corallio affigunt octo parmulis diſtinctos, in quibus præcipua inſtrumenta Paſſionis noſtri Redemptoris ſunt expreſſa, ſcilicet Corona ſpinea, Clavi, Columna, Flagella, Lancea &c.

LXIII

Monache

HOSPITALARIE

Diverſe in Francia.

MOrì in Francia l'an. 1618. la Venerabile Madre Galliotta de Vaillac, della Provincia di Aquitania, dalla quale circà l'ann. 1617. fù inſtituita una Congregazione di pie donne, à ſpeſe delle quali ſi devono alimentare per alcuni giorni li poveri pellegrini; e volle che ſi chiamaſſe Congregatione Oſpitaliaria di San Giovanni Geroſolimitano. La Veſte di eſſe è nera, e à queſta è congiunta ſopra il petto una croce di ſeta bianca, terminata da otto punte, così parimenti nella parte ſiniſtra del manto è una ſimile croce, dalle punte di cui aſſeriſcono ſignificarſi le otto Beatitudini. Al medeſimo manto uniſcono una corona di coralli, tramezzata è diviſa da otto ſcudetti, nelli quali ſono eſpreſſi li principali inſtrumenti della Paſſione del noſtro Redentore, cioè la corona di Spine, li Dadi, li Chiodi, li Flagelli, la Lancia &c.

Hospitalaria S. Spiritus in Saxia

LXIV

Moniales

S. SPIRITUS

In Saxia.

ALius erat ordo Monialium hoſpitalarius Romæ prope templum S. Spiritus in Saxia dictum, eo quòd in Regione ſit, in qua Saxones olim habitabant. Eo in loco poſtquam Innocentius III. magnum Xenodichium extruxit ſub cura Sacerdotum Regularium, qui voto obſtricti Ægrotorum famulatum exercerent, domus addita eſt, in qua Infantes expoſiti alerentur primùm à Nutricibus, poſtea bonis moribus imbuerentur, Mares ab eiſdem Sacerdotibus, Fœminæ vero à Monialibus duplici cruce alba inſignitis: numerum plerumque implent, hæ puellæ, & aliquoties ſuperant Quadringenteſimum. Moniales verò ex eiſdem ſeligebantur ſub invocatione S. Teclæ in cujus honorem Clemens VIII, Templum extruxit. Sed cum moniales illæ paulatim defecerint, Puellæ Templo nunc inſerviunt, nullis Votis obſtrictæ. Veſte cianea indutæ, & velo albo capiti impoſito. Moniales verò in clauſura vivebant veſte nigra indutæ cum cruce duplici alba in parte ſiniſtra pectoris. Caput velabant albo panno, cui poſtea nigrum addiderunt ex indulto Clementis VIII. Pontificis maximi. Hujuſmodi Inſtituti fœminæ ſunt in Polonia, quæ tamen à clauſura liberæ ægrotis inſerviunt in Xenodochiis, ſimili cruce duplici inſignitæ cum velo albo in capite.

De utriſque ſcripſit in hiſtoria hujus Religionis Petrus Saunier, ejuſdem Alumnus Romæ 1662.

LXIV

Monache

DI S. SPIRITO

In Saſſia.

ERa in Roma un'Ordine di Donne Oſpidaliere, unito alla Chieſa di S. Spirito, detto in Saſſia, perche in tal contrada abitavano anticamente li Saſſoni. In detto luogo dopo che Innocenzo III. Sommo Pontefice, eretto haveva un grande Oſpedale, alla cura di cui collocò Sacerdoti Regolari, i quali fanno voto di ſervire à gl'Infermi, fù aggiunta una habitazione, ove li fanciulli di Parenti non ſaputi ſi alimentaſſero prima dalle Nutrici, e poi foſſero allevati con buoni coſtumi, dalli medeſimi Sacerdoti i Maſchi, e le femmine dalle monache, le quali veſtite di nero, come i Preti, haveſſero il ſegno di doppia croce bianca ſul petto. Queſte fanciulle per l'ordinario aſcendono al numero di quattrocento, e da eſſe erano elette quelle che ſi volevano dedicare à Dio in clauſura ſotto l'invocazione di S. Tecla, ad honore di cui Clemente VIII. ereſſe ivi una Chieſa, Mancorono poi à poco à poco queſte monache, onde al preſente le fanciulle medeſime ſuppliſcono al mancamento di eſſe, e le più adulte inſtruiſcono le minori, veſtite tutte di colore turchino con panno bianco in capo: Bianco anche lo portavano le Monache ſopradette, ma per indulto di Clemente VIII. aggiunſero anche il velo nero. Di queſto Inſtituto ſe ne trovano in Polonia, le quali libere dalla Clauſura ſervono à gli ammalati nelli Oſpedali, coperte di panno bianco in teſta, e contraſegnate con croce ſimile nel petto.

Di tutte queſte ne ſcriſſe nell'Iſtoria della Religione Pietro Saunier, Sacerdote del medeſimo Ordine in Roma nel 1662.

S. Hieronymi in Hispania

LXV

Moniales

S. HIERONYMI

In Hiſpania.

ORDINEM Eremitarum S.Hieronymi dictum non conſtat àS.Hieronymo fuiſſe inſtitutum; ſed quia apud Bethleem hic S.Doctor locum ſibi conſtruxerat, ut à curis ſegregatus, ibi vitam degeret, hinc factum eſt, ut permulti ipſius imitatores extiterint, & ab ipſius nomine Eremitæ Hieronimyani appellarentur, ut docet Azorius Inſti: Moral. lib.13. Inter cæteros floruit in hiſpania Petrus quidam Ferdinandus, qui regia Aula relicta cum aliquot ſociis celeberrimam Eremitarum S.Hieronymi Congregationem inſtituit in loco dicto Lupiana prope Toletum, quam Gregorius XI. anno 1373. approbavit. Ejus imitatrix nobiliſſima mulier fuit, Maria Garzia Alvarez Toledo, e ſtirpe Ducum Albæ, quæ ſuas opes erogavit in extruendo Cænobio, in quo Virgines incluſæ Eremitarum S.Hieronymi mores æmularentur, illique nomen impoſuit S.Paulæ Romanæ, quæ S.Hieronymi diſcipula vixit cum aliis Virginibus, ut in hiſtoria Lauſiaca refert Palladius cap.125. Hæc pia Sodalitas tunicam primum induit albam cum ſcapulare griſeo ex lana, nullo colore ab arte imbuta ſeſeque directioni P.Petri Fernandez ſubmiſit. Modò tamen utuntur tunica alba & cappa nigra ut Eremitæ in parte anteriori aperta, loco tamen caputii, quo Viri caput contegunt velum nigrum gerunt. Hujus piæ fœminæ vitam luculenter deſcripſit Frater Joſeph de Siguenca in hiſtoria hiſpanica Ordinis Eremitarum S. Hieronymi lib. 4. cap.46.

LXV

Monache

DI S. GIROLAMO

In Spagna.

NON è certo, che l'Ordine Eremitano di S.Girolamo foſſe da lui inſtituito; ma perche queſto S.Dottore eleſſe di vivere ritirato dal commercio degli Huomini in un luogo preſſo Betlem, perciò molti ſi reſero imitatori di lui, e ſi chiamorono Eremiti di S.Girolamo, come notò Azorio nel libro 13. delle Inſtituzioni morali. Fra gli altri fiorì in Spagna un tal PietroFernandez, il quale, abbandonata la Regia corte inſieme con alcuni compagni, inſtituì la Congregazione celebre degli Eremiti di S.Girolamo in un luogo detto Lupiana vicino à Toledo, che poi da Gregorio XI. nell' anno 1373. fù approvata, e ſtabilita. Fù imitatrice di eſſo una nobiliſſima matrona chiamata, Maria Garzia Alvarez Toledo, nata dalla ſtirpe delli Duchi di Alva, la quale impiegò le ſue facoltà nella fabrica d'un Monaſtero, in cui viveſſero Monache dell' Ordine di S.Girolamo, e lo intitolò di Santa Pavola Romana, la quale fù diſcepola di queſto S.Dottore inſieme con altre Vergini, come racconta Palladio nel capo 125. della ſua Iſtoria. Veſtirono queſte Vergini nel principio una tonaca biãca con una patienza grigia di lana, e ſi ſottopoſero alla Direzzione del P. Pietro Fernandez. Adeſſo però uſano tonaca bianca, e una cappa nera come uſano gli Eremiti di queſt'Ordine, aperta nella parte anteriore, e in luogo del capuccio, tengono il velo nero in capo. Di queſta pia Fondatrice ſcriſſe il Siguenca nella Iſtoria dell'Ordine Eremitano di S.Girolamo lib.4. cap.46.

Ordinis Equestris S. Jacobi de Spatha

LXVI

Moniales

ORDINIS

S. JACOBI

De Spatha.

INTER Ordines militares, qui in Hiſpaniis contra Mauros inſtituti fuerunt, aliis anterior extitit Congregatio, ſed non Religio, S. Jacobi dicta, quæ, referente Angelo Henrique in Annalibus Cirſtercienſibus ad an. 1158. cap. 1. num. 10. Poſtquam Calatravæ novos milites Reguiæ Ciſtercienſium vidit adſcriptos, ſanctum eorum Zelum æmulata, Canonicis Regularibus ſe ſociavit, ut eorum Inſtituta profiteretur. Cum ergo anno 1030. in Domo S. Spiritus Salmanticenſi aliquæ piæ mulieres viverent ſub invocatione S. Annæ magno Magiſtro Ordinis S Jacobi ſubditæ Eques *Pelay* Perez, & Maria Mendez, ejus uxor, decreverunt anno 1312. Cænobium Virginum erigere cum annuis Redditibus, ut in eo ſub eodem Equitum Inſtituto vitam ducerent. Crevit deinde Hic ſacrarum Virginum Cætus, quibus multæ ex nobiliſſimis Familiis acceſſerunt; quamobrem factum eſt Cænobium S. Spiritus cæterorum caput, quæ poſtea extructa ſunt in variis Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Urbibus. Veſtem hæ Moniales nigram gerunt, cujus partem dexteram ſupra pectus pugio rubri coloris quem conca maris exornat. Cappam inſuper addunt albam, e collo uſque ad terram protenſam, cum ſacris actionibus adſunt. Narrant ab eis alimenta, & hoſpitium præberi Pauperibus peregrinis tranſeuntibus, qui Galitiam petnnt, Divi Jacobi Apoſtoli ſepulchrum veneraturi.

De illis egit Franciſcus de Rades, & Andrada in Chronico hujus Ordinis pag. 33.

LXVI

Monache

DELL' ORDINE

DI S. GIACOMO

Della Spada.

TRA gli Ordini militari inſtituiti nella Spagna contro i Mori, prima di tutti fù una Congregazione detta di S. Giacomo, ma non di Cavalieri Regolari, la quale (come riferiſce Angelo Manrique negli Annali Ciſtercienſi all'anno 1158. c. 1. n. 10.) dopo che ſeppe eſſere ſtata aſcritto alla Rego. la Ciſtercienſe l'Ordine militare di Calatrava, volle imitarlo, e procurò di eſſere aſcritta alla Regola delli Canonici Regolari. E perche nell'anno 1030. in una caſa; detta di S. Spirito, in Salamanca vivevano alcune pie Donne, ſotto l'invocatione di S. Anna, dipendenti dal Governo del Gran Maeſtro dell'Ordine delli Cavalieri di S. Giacomo il Cavaliere D. Perez, e Maria Mendez ſua moglie, determinarono nell'anno 1312. di fondare un Monaſtero, e dotarlo delli beni, da eſſi poſſeduti: acciòche in eſſo ſerviſſero à Dio alcune nobili Fanciulle con la Regola iſteſſa, preſcritta alli Cavalieri nel modo, quale più ſi conveniva alle Donne: che perciò fondato queſto Monaſtero, col nome ſteſſo di S. Spirito, diventò capo di molti altri, quali negli Anni ſuſſeguenti furono eretti in varie parti di Spagna, e Portogallo. Veſtono queſte Religioſe di veſte nera, e nella parte deſtra del petto tengono la forma d'un pugnale di colore roſſo, ornato nel pomo d'una Conchiglia. Quando aſſiſtono alle funtioni ſacre aggiungono un manto bianco, che dalle ſpalle pende ſino à terra. Riferiſcono eſſere ordinato nelle loro Regole il ſomminiſtrare per alcuni giorni oſpizio, e vitto alli poveri Pellegrini, quali vanno à riverire S. Giacomo in Galizia.

Trattò di eſſe Franceſco Rades, e Andrada nella Chronica di queſt'Ordine à carte 33.

Monialis Jesuata

LXVII

Sanctimoniales

JESUATÆ.

SAnctimonialium Jesuatarum Ordinem S. Joannes Columbinus Senis instituit. Hic cum optaret sub paupertatis vexillo fœmineas etiam cohortes cogere, Catharinæ consobrinæ suæ studuit suadere, ut paupertatem sectaretur; cumque urgere exemplis & argumentis pergeret, Dei splendore penetrante in ejus cor, inopinato prodigio evicta, in arbitrium hortatoris sese promptissime dedit, & propositum Virginitatis, & Paupertatis evangelicæ firmavit. Ut principium specioso operi daretur, totum sæcularem habitum cum vili fuscaque tunica commutavit, caput lineo velo contexit, pedes intectos reliquit, facultates in pauperes distribuit, victum ostiatim mendicabat, & tempus, quod prolixæ precationi supererat, Marthæ operibus impendebat. Ejus exemplo honestæ aliæ fœminæ cum Catharina in novum coalvere cœtum, qui deinceps per Italiam propagatus est. Cæteris præivit Joanna Marescota, postea Petra, à Patre Petro appellata Petri, Franciscа Joannis de Ambrosio Soror, & Andrea, quæ Florentiæ monasterium fundavit. Eas omnes Catharina domi suæ collegerat, ubi velut in palestra ad varias virtutes exercebantur. Rarus inde egressus, nisi quando exeundi occasio aut stipem petendi necessitas exire cogebat; sermo rarus, Jejunium ferè perpetuum, Bis noctibus singulis flagris membra cædebant, Ciliciorum usus familiaris, lecti delicias in palearum culcitris collocabant. Demum Cœnobio extructo anno 1367. in eo arctam clausuram elegerunt: Dicuntur pauperes Jesuatæ Visitationis B. Virginis, vivunt sub Regula S. Augustini, & nomen Jesu habent protessera gentilitia. Vestis, quam B. Joannes illis præscripsit alba tunica est, & scapulare fusci coloris, cui in sacris actionibus cappa ejusdem coloris superimponitur.

De illis egerunt Joannes Baptista Rubeus Soc. Jesu in vita B. Joannis Columbini part. 2. c. 14. Fasti senenses in Vitis B. Joannis & B. Catherinæ Columbinæ.

LXVII

Monache

GESUATE.

HAvendo il B. Giovanni Colombini instituita la Religione de' Padri Gesuati, desiderò vederla propagata anche nelle Donne, che perciò indusse con santi ragionamenti Caterina Colombini, sua cugina, à darsi intieramente à Dio, e seguire la Povertà evangelica. Persuasa Catarina dopo varie esortazioni, spogliatasi delle vesti pompose, si ricoprì con povera tonaca, velò il capo con un panno lino, distribuì le sue facoltà à poveri, e à pie nudi viveva chiedendo limosina per le strade, e impiegava il tempo, che avanzava, in orationi, e altre opere pie, per le quali meritò dopo morte il titolo di Beata. Si unirono ad essa altre devote, e nobili compagne, trà le quali precedettero Giovanna Marescotta, Pietra di Pietro, Francesca di Ambrogio, e Andrea, che fù poi fondatrice del monastero in Fiorenza, e con il nome di povere Gesuate della Visitazione della Madonna, vissero per qualche tempo nella Casa di Catarina, ove si esercitavano in sante operazioni, uscendo solamente per mendicare ò per opere di Carità; osservavano silenzio; frequenti erano i digiuni, due volte ogni notte si flagellavano, spesso portavano il Cilizio, e prendevano il sonno sopra le paglie. Succeduta poi nell'anno 1367. la morte del B. Giovanni, fabricarono un piccolo monastero, quale poi fù ampliato, e in cui vivono con perfetta clausura sotto la Regola di S. Agostino. La loro insegna è il nome di Giesù, la veste è una tonaca bianca di lana, con scapolare di colore tanè, e nelle funzioni solenni soprapongono una Cappa parimente di colore tanè. Il velo del capo è doppio, cioè l'inferiore bianco, e il Superiore nero.

Di esse si riferisce dal P. Gio. Battista Rossi della Compagnia di Giesù nella Vita del B. Giovanni part. 2. c. 14., e ne Fasti di Siena nelle Vite del B. Giovanni, e della B. Catarina.

Virgo dicta Infantis Jesu

LXVIII

Virginum Congregatio

INFANTIS JESU

Dicta.

ALIUD genus Urſolinarum Romæ eſt, quæ Infantis Jeſu appellantur. Eas inſtituit Anna Morona Virgo Lucenſis, quæ conſanguineis orbata, cum ætatem ageret annorum quadraginta, anno 1661. honeſtas puellas elegit, cum quibus piis exercitationibus vitam traducere decrevit. Hæc Virginum Congregatio incrementa accepit ab induſtria & labore P. Coſmi Berlinzani Sacerdotis ex Religioſa Familia Clericorum Lucenſium, quæ Matris Dei appellatur. Facultatem ille impetravit à Summo Pontifice, ut auctoritate Apoſtolica Sodalitas efficeretur earum Virginum, quæ unicum Votum profiterentur vivendi uſque ad mortem in ea Congregatione. Duodecim ex illis tale votum primò profeſſæ ſunt anno 1673. die, Viſitationi B. Virginis ſacro, deinde aliæ; quæ tamen numerum trigeſimum tertium in honorem ætatis Chriſti Domini non excedunt. Ab eo voto juſtas ab cauſas, & præcipue ſi Religioſam vitam amplecti deſiderent, poſſunt abſolvi; non tamen repetere quidquid ab eis traditum fuerat, ut in eam Sodalitatem admitterentur. Veſte induuntur lanea & ſimplici coloris muſtelini ſubobſcuri. Cum certis diebus domo exeunt, velamen nigrum capite ſuſtinent, in terga fere uſque ad talos protenſum. Earum munus eſt puellas edocendi cum artes fœminarum proprias, tum præſertim bonos mores, & Chriſtianæ fidei documenta.

De illis ſcripſit eruditiſſimus Abbas Carolus Bartholomæus Piazza tract. 4. cap. 7. de operibus piis Romæ.

LXVIII

Congregatione delle Zitelle

Dette del

BAMBINO GIESU'.

E In Roma una Congregatione, ſimile à quella delle Orſoline, chiamata del Bambino Gieſù. Fu queſta inſtituita da una Zitella Luccheſe, chiamata Anna Moroni, la quale in età di quaranta anni trovandoſi priva di tutti i ſuoi parenti, cominciò nell'anno 1661. à ſcegliere alcune povere Zitelle, e con eſſe ſantamente viveva con quel poco utile, che riſultava loro dalli lavori, e una tenue contribuzione, da ciaſcuna di eſſe offerta. Crebbe poi queſto Convitto per le induſtrie del P. Coſimo Berlinzani, Sacerdote della Religione, detta de Chierici Regolari della Madre di Dio, poiche con il ſuo zelo ottenne dal Sommo Pontefice l'approvazione di tale Congregazione. Dodici furono le prime, che nel giorno dedicato alla Viſitazione della Beatiſſima Vergine nell'anno 1673. ſi obbligorono con voto di perſeveranza nella medeſima Congregazione, e dopo crebbe queſto numero ſine à trentatrè, nè più poſſono eſſere in honore degli anni del noſtro Redentore. Per giuſte cauſe poſſono eſſere liberate dal Voto, particolarmente ſe vogliono farſi Religioſe, non poſſono però ripetere ciò, che da eſſe fù aſſegnato alla loro Congregazione. Veſtono abito quaſi ſecolare, ma modeſto di ſaja leonata ſcura. Quando eſcono fuori di caſa portano in capo un velo nero, che dietro alle ſpalle pende quaſi ſino à terra. Hanno per inſtituto l'inſegnare alle Fanciulle lavori proprii del ſeſſo donneſco, e inſtruirle nelli miſteri della Santa Fede, e altri pii eſercizii.

Scriſſe di loro l'erudito Abbate Carlo Bartolomeo Piazza, trattando delle opere pie di Roma trat. 4. cap. 7.

Sanctimon: S. Isidori

LXIX

Moniales

A S. ISIDORO

Institutæ.

SANCTUS Isidorus, Hispalensis Ecclesiæ Antistes, floruit tempore S.Gregorii magni,& Recaredi Regis,Vir in omni elocutionis genere eximius. Hic (ut ex ejus vita antiqua refert Bollandus in Actis Sanctorum die 4.Aprilis pag.338. *non sibi videbatur nefarias hæreses à vinea Domini radicitus posse evelli, nisi Clerici, & quique Religiosi fama sanctitatis, & instantia prædicationis populis insisterent. Per Hispaniæ igitur Regionem plurima, nec non & pulchra ædificavit monasteria, in quibus utriusque sexus Religiosorum turmas ad laudem, & gloriam Divini nominis Congregavit. Tradidit etiam eis regulam,quam ipse secundum Apostolorum instituta ediderat, quam pro loci varietate, & Dei servorum viribus decentissimè temperavit.* Regula extat inter opera ejus & seorsim in part.2. Codicis Regularum à Luca Holstenio editi. Citant eam Benedictus, Anjanensis Abbas, in concordia Regularum,& Smaragdus monachus Comment. ad Regulam S.Benedicti. Cujus forma esset vestis, tàm Virorum, quàm Monialium incertum est; nam hæc solùm habentur in capite 13. *Munitus debet esse monachus non delicatus. Linteo non oportet Monachum indui, Orarium, birrum, planetas non est fas uti. Ternis autem tunicis & binis palliis, singulisque cucullis contenti erunt servi Christi, quibus superadjiciatur melotes pellicea, mappula, manicæ quoque, pedules, & caligæ. Pedulis autem utentur in monasterio, quando hyemis coegerit violentia, sive dum Fratres gradiuntur in itinere. Monachi autem in monasterio semper palliis operiantur, ut pro honestate tecti incedant, Nullus comam nutrire debet.* Imaginem hic exponimus S.Florentinæ, S.Isidori sororis, quæ Virginibus inclusis fuit Præposita circà annum 597. cum ea veste, quam antiqua ejus Icon ostendit, in Catalogo SS.Virginum quem B.Beurier cælestinus edidit.

De S.Isidoro etiam egerunt Martyrologium Romanum die 4.Aprilis,& Braulius, Cesaraugustanus Episcopus, in prænotat, librorum S.Isidori.

LXIX

Monache

DI S. ISIDORO

SAnto Isidoro, Vescovo di Siviglia,quale fiorì circà l'anno 560. essendo Imperatore Maurizio, e Rè Recaredo, fù huomo insigne nell'eloquenza (è come si legge nelle di lui vita,registrata negli Atti Bollandiani alli 4. di Aprile) parendogli non potersi estirpare le Eresie, se non che per mezzo delli Sacerdoti,e Religiosi. quali con la santità de costumi, e con predicazione, facessero ogni sforzo per questo fine; instituì nelle Spagne molti monasteri, ne'quali congregò quantità di religiosi dell'uno,e l'altro sesso.dando à ciascuno regole secondo gli assiomi Apostolici. Sono queste registrate frà le molte opere,da lui scritte,e nella parte seconda del Codice delle Regole,publicate dal famoso letterato Luca Olstenio, e sono citate dall'Abbate Benedetto nella concordia delle Regole, e da Smaragdo Monaco nel suo Commento alla Regola di S.Benedetto. E incrrta però la veste, usata sì dagl'Huomini, come dalle Donne; poiche nel Capitolo 13. della Regola solamente si dice, dover essere il monaco difeso non ornato dall'abito, non dover esser vestito di lino dover essere sodisfatto di trè tonache, e due mantelli, e una cocolla,alla quale può aggiungersi una coperta di pelle: Possono usare le scarpe, quando la viloenza del freddo necessita, overo quando fanno viaggio.Nel monastero sempre usino il mantello, niuno nutrisca la Chioma, Tuttociò viene prescritto dal Santo. L'imagine, qui posta, rappresenta S.Florentina, sorella di S.Isidoro, la quale fù Abbadessa circa l'anno 597. in un monastero di Monache di tal Ordine, cavata da una imagine antica.

Di questo Santo trattasi nel Martirologio Romano alli 4.di Aprile, appresso Braulio Vescovo di Saragozza nella Præfatione delle opere del medesimo Santo.

S. Macharij in Egypto

LXX

Moniales

S. MACHARII

In Ægypto.

VIXIT S. Macharius in Ægypto, S.Antonii discipulus, annos nonaginta, teste Palladio in hist. Lausiaca pag.45. plurimosq; ejus discipulos fuisse eminenti sanctitate conspicuos refert Baronius ad an.337. Ad idem tempus refert Syncleticam Virginem, natione Alexandrinam, cujus vitam scripsit S.Athanasius, relatam à Bollando 5. Januarii, id etiam testatur Nicephorus lib.8. c.4. ut quemadmodum (ait D.Athanasius) *Monachi habent speculum in Antonio, sacræ Virgines eam tanquam speculum intuebantur*. Multi asserunt, illam fuisse Abbatissam Monialium S. Sepulchri hierosolymitani in Cœnobio à D.Elena erecto, ut probat Jo:Baptista de Lezzana ad an.337. Annal.Carmelit. Certe D.Joannes Chrisostomus hom.8. in Matth. ait. *Atque hæc non in Viris solùm, verùm etiam in fœminis splendere conspiciam, nam illæ quoque, non minus quam Viri, virtute decorantur. Non ita variis astrorum choris cœlum refulget, ut Ægypti Eremus innumeris Monachorum, ac Virginum distinguitur, atque illustratur habitaculis*. Veste coloris leonini indutas illas fuisse multi testantur, supra quam pellem ovinam, vel cappam nigram gerebant. Scimus tamen ex D.Athanasio, S.Antonium aliquando vestem albam gestasse, ut refert Baronius ad an.310. §,20. *Antonius &c.*

LXX

Monache

DI S. MACARIO

Nell' Egitto.

ESERE stato per novanta anni S.Macario discepolo di S.Antonio nel l'Egitto l'affermò Palladio nella sua istoria alla carta 45. e haver egli havuti discepoli insigni in santità, lo scrisse il Baronio all'an.337. nel medesimo tempo dice, che fiorisse la S.Vergine Sincletica, Alessandrina, la vita di cui scrisse S.Atanasio, registrata dal Bollando alli 5. di Gennaro, e lo stesso afferma Niceforo nel libro 8. al capo 4. e sicome (dice S.Atanasio) Li monaci havevano uno specchio di santità in Antonio, così le sacre Vergini in Sincletica. Molti affermano fosse Abbadessa delle Monache del S Sepolcro instituite da S.Elena Imperatrice, come scrisse il Lezana all'anno 337. delli Annali Carmelitani. Certo è, come si cava dall'omilia ottava sopra S.Matteo di S.Giovanni Crisostomo, che nell'Egitto non solamente erano monasteri di huomini, celebri per santità, ma anche di donne; onde, dice egli, pareva l'Egitto risplendere con tanti monasteri, come un Cielo risplende per le molte stelle delle quali è ripieno. Molti affermano havessero vesti di colore leonino, ò cappellino, sopra le quali portavano una pelle ò cappa nera. S.Atanasio però scrisse, che S.Antonio alcune volte vestiva di lana bianca, come si legge appresso il Baronio all' anno 310. §.20.

B. Mariæ Annuntiatę

LXXI

Moniales

ANNUNTIATIONIS B. Mariæ.

ORDO hic primùm institutus est in Gallia à B. Joanna, filia Ludovici XI. & conjuge Ludovici XII. Hæc cum divortio dimissa esset, ad æterni Regis cultum se totam convertit, & instituit sacrum hunc Ordinem in honorem Deiparæ, qui diplomate Alexandri VI. an. 1501. primùm confirmatus fuit, & postea Julius II. an. 1506. Leo X. an. 1517. idem Institutum confirmarunt & privilegiis stabiliverunt. Regulam, ex Evangelio deductam, in aliquot capita digessit Venerabilis Pater Gabriel Maria Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, præfatæ Joannæ à Confessionibus. Hæ moniales, quibus Ancillarum nomen impositum, veste talari utuntur grisea in testimonium vitæ pœnitentis, quam profitentur, Chlamydem verò prorsus candidam, ex humeris in pedes desinentem, & velum nigrum in capite gestant, ornantur insuper scapulari rubro, in formam crucis ante pectus compositio, ob memoriam Dominicæ Passionis. Quod ad victum attinet, carnibus vescuntur solis Dominicis diebus, itemque feriis tertia, & quinta, idque semel in die. Joanna pie in Domino obdormivit Biturigis anno 1505. atq; ad ejus sepulchrum multa miracula patrata esse varii scribunt.

Vide Aubertum Miræum de Orig. Mendicant. lib. 3. cap. 12. Christianum Massæum in Chronicis, Nicolaum Gazæum, & Hipolitum Maraccium in Heroid. Marian. pag. 221. & Benedictum Gononum in chronico Deiparæ.

LXXI

Monache

Della Santissima

ANNUNZIATA.

FU instituito quest'Ordine in Francia dalla B. Giovanna, Figliuola di Lodovico XI., e poi moglie di Lodovico XII. Essendo questa stata ripudiata con divorzio, tutta si applicò al servizio di Dio, e instituì quest'Ordine di Religiose in honore della B. Vergine, il quale con Bolla di Alessandro VI. l'anno 1501. fù approvato, e poi confermato nel 1506. da Giulio II. e stabilito con Privilegii da Leone X. nel 1517. Le Constituzioni per queste Religiose furono dedotte dall'Evangelio, e le ordinò con buon metodo il Padre Gabriele Maria, minore osservante di S. Francesco, il quale era Confessore di questa pia Institutrice. Vestono le dette monache di color grigio in segno di peniteaza, e portano un manto bianco fino à piedi, con una patienza rossa in forma di croce avanti il petto in memoria della Passione del Redentore. Il velo del capo, e nero mangiano carne nella Domenica, e nelle ferie terza, e quinta, e si cibano una sola volta in ciascun giorno. Morì la B. Giovanna in Bourges l'anno 1505., e riferiscono, che per la intercessione di lei si sono operati varii miracoli.

Ne fecero menzione Auberto Mireo, Christiano Masseo nelle Croniche, Nicolò Gazeo, Ipolito Maracci, e Benedetto Gonone nella Cronica della Madre di Dio.

Sanctimon: Sanctmæ Annuntiatæ

LXXII

Ordo

Alius Virginum

ANNUNTIATIONIS,

Quæ Cæleſtes appellantur.

ANno 1604. initium habuit Ordo monialium SS. Virginis Annuntiatæ in Genuenſi Civitate fundatricæ Venerabili Maria Victoria Fornari, quæ primùm matrimonio juncta filios tres, & filias duas genuit. Defuncto Viro, ſummo affecta dolore, coram imagine B. Virginis ejus auxilium poſtulavit, filioſque ei commendavit; Precibus abſolutis, miſericordiæ Mater illi apparens prædixit, ipſam fore Ordinis ſibi dicati inſtitutricem, & filios monaſticam Vitam profeſſuros. Illis defunctis Maria habitum Religionis ſuſcepit de manu Horatii Spinulæ Archiepiſcopi Genuenſis, cum quatuor aliis Virginibus, ſcilicet Vincentina Lomellina, Maria Tacchini, Clara Spinula, & Cecilia Paſtori. Veſtis alba fuit, ſicut etiam ſcapulare album cum pallio cærulei coloris, vocatæque ſunt Annuntiatæ, eò quod peculiari cultu myſterium Annuntiationis Beatæ Mariæ venerabantur, atque Dei matris puritatem imitari ſtudebant: Ut facilius illam aſſequantur abſtinent ab omni extero. rum commercio, ut Sanctiſſima Virgo (de qua S. Ambroſius) *Sola erat in penetralibus, quam nemo Virorum videret, ſolus Angelus reperiret.* Quamobrem Voto ſibi prohibent allocutiones cum exteris, cratibus ferreis apertis, quas tribus vicibus ſingulis annis removent ut Genitores tantùm, ac fratres & ſorores alloquantur; Item aliud votum profitentur, quo promittunt, nunquam ſe permiſſuras hujus conſtitutionis mitigationem. Has ceteraſque conſtitutiones, quibus parent, Venerabilis Pater Bernardinus Zannoni Societatis Jeſu Sacerdos pietate & doctrina præclarus condidit, quas primùm Clemens VIII. anno 1604. approbavit; Paulus V. an. 1613. facultatem tribuit, ut alia monaſteria excitarentur ſub eodem Inſtituto, & Urbanus VIII. an. 1631. omnia jam extructa confirmavit. Quorum numerum ultra quadraginta eo tempore extitiſſe refert P. Fabius Ambroſius Spinula in vita, quam ſcriebit Mariæ Victoriæ hujus Ordinis Fundatricis.

LXXII

Monache

Della Santiſſima

ANNUNZIATA

Dette Turchine ò Celeſti.

HEBBE principio queſt'Ordine l'an. 1604. in Genova dalla Venerabile Maria Vittoria Fornari, la quale eſſendo maritata partorì cinque figliuoli trè maſchi, e due femine, e morto il marito, tutta piena di afflizione pregò la Santiſſima Vergine volerla ajutare, e le raccommandò i ſuoi figliuoli. Apparvele la Madre di Dio, e conſolandola diſſe, che ſarebbe ſtata fondatrice d'un nuovo Inſtituto di Vergini religioſe, e che i di lei figliuoli ſi ſarebbero anche dedicati à Dio. Paſſato qualche tempo ricevè dal Veſcovo di Genova Orazio Spinola l'abito Religioſo inſieme con quattro altre Vergini, cioè Vincentina Lomellina, Maria Tacchini, Chiara Spinola, e Cecilia Paſtori. L'Abito fù una veſte bianca con la patienza parimenti bianca, e un manto di colore celeſte, e furono chiamate Monache della Santiſſima Annuntiata, perche à queſto miſtero profeſſano particolare venerazione, deſiderando d'imitare la purità della Vergine. Per meglio ottennerla ſi aſtengono da ogni commercio con perſone eſterne, come faceva la B. Vergine, di cui diſſe S. Ambrogio, che era ſola nelle ſue camere più intime, onde non veduta da alcuno, il ſolo Angelo la trovò per annuntiarle il miſtero della Incarnazione. Per il medeſimo fine fanno voto di non parlare mai à grate aperte con alcuno, eccetto trè volte l'anno con li proprii Genitori, fratelli, e ſorelle carnali: di più ne aggiungono un' altro di non mai procurare nè permettere diſpenſa à queſta regola. Tutte le Conſtituzioni da loro oſſervate furono compoſte con particolare aſſiſtenza di Dio dal Padre Bernardino Zannoni della Compagnia di Gieſù, egualmente pio, e dotto, e furono approvate da Clemente VIII. l'anno 1604., e poi Pavolo V. nel 1613. diede facoltà di poterſi fondare altri monaſteri, i quali in pochi anni giunſero al numero di quaranta, e tutti furono approvati, e confermati nel 1631. da Urbano VIII. ſcriſſe la Vita di Suor Maria Vittoria il P. Ambroſio Spinola della Compagnia di Gieſù.

Virgo dicta Filia B. Marię Cremonę

LXXIII

Virgo

Dicta Filia

B. VIRGINIS.

FLoret Crænonæ Collegium Virginum,quæ Deo oblatæ,dicunturFliæ Beatiſs. Virginis . Veſte nigra ſunt indutæ, forma omnino eadem , qua Sacerdotes Societatis Jeſu utuntur , niſi quòd loco bireti nigro velamine caput contegant . Hujus Collegii Auctorem agnoſcunt P.Joannem Mellinum , e Societate Jeſu,natione Pedemontanum,Virum pari pietate ac Zelo celebrem in provincia Mediolanenſi. Hic anno 1612. die Beatiſs.Virgini purificatæ ſacro, primum lapidem poſuit , Conſtitutionibus aliquibus præſcriptis,quibus ſuos mores hæ Virgines moderantur. Eas primùm eodem anno ſua auctoritate approbavit Illuſtriſſimus Præſul Jo:Baptiſta Brivius, Cremonenſis Antiſtes. Viginti duo illæ ſunt.Poſt octodecim menſes probationis Vota profitentur Caſtitatis , & Perſeverantiæ in eo Collegio uſque ad mortem. Quamvis nullo paupertatis voto obſtrictæ ſint , nihil poſſident , & vitam communem in omnibus diligenter ſervant. Ultra eas aliæ octo , vel decem Sorores famulæ ſunt , quarum caput albo velamine tegitur, nec niſi poſt decem annos ad votorum profeſſionem admittuntur. Omnibus Una præeſt , quam tamquam Matrem venerantur. Actuoſam vitam cum contemplativa conjungunt ; nam præter pias mentis exercitationes, labores ſuſcipiunt in edocendo puellas , quæ in eadem domo aluntur , cùm pietatis documenta,tùm artes, quæ fœminas nobiles decent. Eiſdem aliæ quotidie accedunt, & ſine ulla mercede erudiuntur.

LXXIII

Vergine

Detta Figlia

Della Beatſſima VERGINE.

FIoriſce in Cremona un Collegio di Vergini, à Dio dedicate, quali ſono chiamate Figliuole dellaSantiſ. ſima Vergine. Veſtono abito nero ſimile à quello uſato da Padri dellaCompagnia di Gieſù,ma in capo portano un velo nero. Fu queſto Collegio eretto nel 1612. nel giorno, dedicato alla Purificazione della Beatiſſima Vergine , per opera del P.Giovanni Mellini Piemonteſe della Compagnia di Gieſù , huomo di molta Virtù , e Zelo , e fù approvato con diploma da Monſignore Gio:Battiſta Brivio in quel tempo Veſcovo di Cremona. Il medeſimo P.Mellini preſcriſſe loro alcune Regole, con cui vivono religioſamente.Dopo dicidotto meſi ſi obbligano con due voti, uno è di Caſtità, l'altro di perſeveranza nel Collegio ſino alla morte. Non obbligate à voto di povertà vivono in comune,nè poſſiedono coſa come propria. Il numero di eſſe è ſolamente di ventidue , oltre circa dieci , dette Sorelle ajutanti , quali portano il velo bianco , e non ſono ammeſſe alla profeſſione de'Voti. ſe non dopo dieci anni di prova. Sono tutte governate da una Superiora,à cui comeMadre ubidiſcono. Hanno per inſtituto unire la vita attiva con la contemplativa, che perciò. oltre i molti eſercizii mentali inſegnano alle fanciulle , che ſeco convivano la pietà è i lavori proprii delle Donne , ſicome ad altre , che ogni giorno concorrono, per eſſerne ammaeſtrate .

Eadem Virgo extra domum

LXXIV

Eadem

VIRGO

Cum Veste extra domum adhibita.

POSTQUAM Collegium Virginum supradictum Illustrissimus Præsul Jo:Baptista Brivius, Cremonensis Antistes, approbaverat, anno iterũ 1617 illud confirmavit, addita liberali Privilegiorum concessione, quibus hæ Virgines fruuntur. Licet clausuram non servent, Parochi tamen jurisdictioni non subsunt. Præcepto Ecclesiæ satisfaciunt tempore paschali, si Sanctissimę Euchari. stiæ Sacramento in privato Collegii Sacello reficiantur, & in extremo vitæ periculo possunt à Confessario, vel ab ędituo Sacerdote sacro oleo perungi. Cum domo exeunt, Templum Societatis Jesu possunt tantùm adire, ut in eo sacras conciones audiant, & sacram Sinaxim sumant. Per vias binæ binæ incedunt, supplicantium instar: duplici velamine caput tegunt, & vesti aliud nigri indumenti genus addunt, quibus decus & gravitas augetur; sicuti in exposita icone apparet. Puellæ tamen quas domi erudiunt, cæruleam vestem gestant, & omnes suo exemplo ad modestiam, ac mundi contemptum cæteras extimulant. Singulis diebus spatio unius horæ res sacras meditantur: officium B. Virginis quotidie legunt: bis in die actiones suas diligenti examine perlustrant: Votorum professionem bis renovant singulis annis, & semel octo dierum spatio piis meditationibus, quas S. Ignatius dispositi, operam navant.

LXXIV

La medesima

VERGINE

Con l' abito usato fuor di Casa.

DOpo che Monsignore Gio:Battista Brivio, Vescovo di Cremona, haveva approvato il Collegio delle Vergini sopradetto, chiamate Figlie della Beatiss. Vergine, si compiacque l'anno 1617. di confermarlo di nuovo, e dotarlo di molti Privilegi, quali godono al presente. Fra essi è l'essere esenti dalla cura Parochiale, benche non professino clausura propria di Monache religiose; onde sodisfanno al precetto con comunicarsi in tempo di Pasqua nella Cappella privata di casa, e possono ricevere l'estrema Unzione ò dal proprio Cappellano, ò dal Confessore. Quando escono di casa, non è loro lecito l'andare altrove, eccetto che alla Chiesa della Compagnia di Giesù, per ivi prendere i Sacramenti della Penitenza, e Comunione, e udire la Divina parola: Procedono per le strade à due à due, come si usa nelle publiche processioni, e cuoprono il capo con doppio velo, e sopra la veste di casa aggiungono un manto nero, da cui ricevono gravità, e modestia, come appariśce nella imagine quì esposta. Le Fanciulle però, che convivono in detto Collegio, per essere ammaestrate, vestono di colore turchino, quando con esse vanno alla Chiesa, e tutte sono d'incitamento alla Virtù con la loro modestia. Ogni giorno per lo spazio d'un'ora fanno oratione Mentale, e recitano l'offizio della Beatiss. Vergine, e due volte esaminano la conscienza, ogni sei mei rinuovano i loro Voti, e ogn'anno attendono per otto giorni alli esercizii spirituali, instituiti da S. Ignazio.

Ordinis Equestris Melitensis

LXXV

Moniales

ORDINIS

EQUITUM

Melitensium.

SIcuti Raimundus de Podio, nobilis gallus, Ordinem Equitum Regularium circà annum 1118. Hierosolimis instituerat sub invocatione S. Joannis cruce alba insignitum octo acuminibus absoluta. Ita etiam Sancia, Alphonsi II. Regis Aragoniæ Uxor, ann. 1188. nobiliũ Virginum numerum eadẽ cruce exornatum collocavit in Cœnobio, S. Mariæ de Sixena dicto, in Leridensi Diœcesi, in quo Equites ejus Ordinis diu vixerant, atque illis aliquas constitutiones servandas proposuit, quas posteà Cælestinus III. circa an. 1191. approbavit. & deinde Pius V. & Gregorius XIII. confirmarunt. Huic Cœnobio, quod ante omnia institutum refert Jacobus Bosius in part. 3. lib. 39. Hist. Melitensis, eadem Regina amplam Pagorum Ditionem subjecit, ut in illud Virgines, nobilitate stirpis primùm probata, sine dote possent admitti. Claufuræ legibus non adeo rigidis illæ tenentur, ut aliquando extra septa monasterii non possint vagari. Tenentur, tamen cæteræ, quæ in diversis Regionibus Magno Equitum melitensium magistro subsunt. Imaginem harum hic exponimus cum veste, qua utuntur in choro. Supra tunicam & scapulare nigri coloris, pallium itidem nigrum addunt, valde extensum, alba cruce in parte sinistra signatum, quod tamen in bracchia revolutum ita sustinent, ut terram non attingat, illud triplici funiculo serico nigro alboque colore distincto circà collum perstringunt, eique alius connectitur qui Instrumenta Passionis Christi Domini ex ligno exculpta & serico obvelata sustinet; & utrumque in sinistrum bracchium ex armo excipiunt. Cæterum velamine albo & nigro caput contegunt, ut Icon ostendit.

LXXV

Monache

DELL' ORDINE

EQUESTRE

Di Malta.

DOpo che Raimondo del Più ò del Podio, nobile Francese, instituì Religione di Cavalieri la Congregazione delli Serventi nell'Ospedale in Gierusalemme, con l'autorità di Gelasio II. nel 1113. mutando la semplice croce, che havevano per insegna in un'altra terminata da otto punte significanti le otto Beatitudini; D. Sancia, moglie di Alfonso II. Rè di Aragona, collocò un buon numero di nobili fanciulle, ornate con la medesima croce, in un Convento, detto di S. Maria di Sixena nella Diocesi di Lerida, ove per molto tempo erano vissuti Cavalieri di quel'Ordine, e prescrisse loro alcune Regole, quali furono confermate da Celestino III. circa l'anno 1191. e poi dal B. Pio V. e Gregorio XIII. Dotò anche il medesimo monastero di Feudi, e Terre, onde vi si potessero ammettere senza dote tutte quelle, quali prima havessero provata la nobiltà, come si usa da Cavalieri di Malta. Vivono in clausura con facoltà di potere talvolta uscire di casa. Quelle però, che sono sparse in altri monasteri del medesimo Ordine, non differiscono in ciò dalle altre Claustrali. Vestono abito nero, cioè tonaca, e scapulare. Nelle Funzioni del coro aggiungono un manto, parimenti nero, fregiato nella parte sinistra con la croce bianca. terminata da otto punte. Detto manto benche sia assai lungo, non però cade in terra, ma ripiegato viene sostenuto dalle braccia, al medesimo aggiungono un cordone triplicato con fiocchi di seta nera, e bianca, e à tal cordone un'altro si connette; quale sostiene i misteri della Passione di N. S. scolpiti in legno coperto di seta nera, e bianca, ed ambedue sogliono sostenere con il braccio sinistro, come rappresenta la figura qui esposta.

Ministrans Infirmis in Belgio

LXXVI

Ordo Fœminarum MINISTRANTIUM Infirmis.

PRÆTER Fratres Cellitas sunt in variis Belgii Urbibus Fœminarum Cœnobia, quæ cùm domi, tùm foris, ægrotis sedulò inserviunt; vocantur *Nigræ* Sorores à vestibus, quas gestant, albo tamen velamiae caput contegunt, & cum ægris ministrant pannum album circa lumbos accommodant. Vivunt sub Regula S.Augustini, nullis tamen votis obstrictæ. Earum piam Institutionem referunt ad annum 400., quo tempore Sancta ac nobilis Virgo Fabiola Romana in hujusmodi Charitatis operibus se exercebat, ac prima omnium Nosocomium instituisse dicitur, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia, miserorum membra foveret. De illa D.Hieronymus epist.30. cap.2. hæc habet. Describam ego nunc diversas Hominum calamitates, truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes alvos, exile femur, crura turgentia, & de exesis, ac putridis carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio, & pædore confectos humeris suis ipsa portavit? Quoties lavit purulentam vulnerum saniem, quam ulius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat. Scio multos divites, & religiosos, ob stomachi angustiam hujusmodi misericordiam per aliena ministeria, & Clementes esse pecunia, non manu: quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem; sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfectæ mentis ardorem in Cælum laudibus fero. (hactenus D.Hieronymus allatus à Baronio ad ann.400. §.37.

De his sororibus scripserunt Aubertus Miræus lib.1. cap.28.& Cardinalis Jacobus à Vitriaco in Historia Occidentali.

LXXVI

Congregatione DI DONNE Quali servono agl'Infermi.

SONO in varie Città della Fiandra Monasteri di Donne, non però obligate alla clausura, le quali dentro, e fuori di casa si impiegano nel servire gli Ammalati. Si chiamano comunemente le *Nere*, per l'abito nero, di cui sono vestite modestamente, portando in capo un panno bianco, e un grembiale parimente bianco, quando servono agl' Infermi. Militano sotto la Regola di S.Agostino in vita comune, ma senza Voti religiosi. Il principio di questo pio Instituto si attribuisce à S.Fabiola, nobile Romana, che visse circà l'anno 400. e fù la prima, che fondasse l'Ospedale, ove ella stessa raccoglieva gl' Infermi dalle publiche strade, e in esso li curava. Di essa scrisse un bel Elogio S.Girolamo nella lettera 30. con queste parole tradotte dalle latine. Descriverò le diverse calamità, con raccordare le tronche narici, gli occhi cavati, i piedi mezzo abrugiati, le mani luride, il ventre, e le gambe gonfie, e li vermi delle carni marcite. O quante volte Fabiola con le proprie spalle portò gl'Infermi schifosi, quante volte lavò le piaghe marcite, che altri non poteva nè meno guardare, Ella somministrava con le proprie mani il cibo, e refocillava con gustose, e utili bevande quelli, che sembravano già cadaveri. Io sò, che molti per la debolezza dello stomaco, non potendo essi, esercitano questa misericordia per mezzo di altri, e non potendo essere clementi con la mano, sono con il denaro, il che io non riprendo, ma sicome attribuisco ciò à debolezza di stomaco, inalzo sino al Cielo lodando una Carità sì infiammata di Fabiola. Tuttociò S.Girolamo, riferito dal Baronio all'anno 400. §.37.

Di queste pie Donne scrissero il Mireo nel lib.1. al capo 28., e il Cardinale di Vitriaco nella Istoria Occidentale.

Ministrans Infirmis Liburni

LXXVII

Ordo

SORORUM

Miniſtrantium Infirmis

Liburni.

POSTQUAM Ordinem Religioſorum, quos Jeſuatos appellabant, Clemens IX. anno 1668. penitus aboleverat, Clemens X. ex Redditibus, quos illi poſſidebant in Civitate Liburni, Noſocomium in eadem Urbe erigi juſſit, in quo pauperes Fœminæ morbis correptæ curarentur: Cum tamen exigui Redditus non ſatis eſſent, neceſſe fuit opus differre uſque ad Annum 1696. in quo tandem, Deo favente, in extructo Noſocomio aliquot infirmæ receptæ ſunt, quarum cura ab Archiepiſcopo Piſano aliis mulieribus eſt demandata ſub directione R. Coſimi Boni, in eadem Urbe Canonici meritiſſimi. Auctis deinde Redditibus, erectum eſt Collegium Virginum in domo hoſpitali propinqua, quarum Inſtitutum eſt in eodem ægrotis Mulieribus ſedulò ac pie inſervire. Una ex illis eligitur, ut ſpatio trium annorum cæteris præſit, & omnes nutibus parent alicujus Rectoris, quem Illuſtriſſimus Præſul, Archiepiſcopus Piſanus præficit. More Monialium Clauſtralium in Clauſura vivunt, ſed nullis Votis obſtrictæ. Cum nihil proprii retineant, quidquid illis neceſſe eſt Superior ſubminiſtrat. Veſte utuntur cianea, aliquantulum ſupra pectus criſpata, manicas habente uſque ad medias manus extenſas, parumque latas. Guttur, & Pectus contegunt velo lineo, quod caput primùm circumdat & vultum, aliudque velamen album, capiti ſuperimpoſitum, in humeros illarum dependet. Veſtis circa lumbos ſtringitur contorto funiculo, ex quo globuli precarii dependent, ut Imago expoſita oſtendit.

LXXVII

DONNE

Che ſervono nell'

Oſpedale

In Livorno.

DOpo che Clemente IX. Sommo Pontefice eſtinſe l'Ordine delli Gefuati nell'anno 1668. ordinò Clemente X. che li beni poſſeduti da eſſi in Livorno s'impiegaſſero nella Erezione di un'Oſpedale per le povere Donne inferme; ma eſſendo l'entrate ſudette molto tenui, e non ſufficienti, fù neceſſario il differire queſta pia fondazione ſino all'anno 1696. in cui con l'accreſcimento fatto ſi puotè fabricare il detto Oſpedale. e ſi cominciò à ricevere alcune inferme, con altre poche Donne, aſſegnate al ſervizio di eſſe ſotto la direzione del Sig. Coſimo Boni, Canonico di molti meriti nella medeſima Città, à cui l'Arciveſcovo di Piſa commiſe la cura di queſta opera pia. Accreſciute poi maggiormente l'entrate, ſi ereſſe un Collegio di Vergini in una caſa, contigua all'Oſpedale, il di cui Inſtituto è il ſervire alle ſudette inferme, governate da una Superiora, che ogni triennio ſi elegge, e tutte dipendenti da un Rettore, che dal medeſimo Arciveſcovo di Piſa à loro ſi aſſegna. Vivono queſte, come Monache, in perfetta clauſura, benche non ſiano à quella obbligate con Voto. Veſtono di colore turchino, con veſte increſpata avanti il petto. Cingono il capo, e il volto con una tela bianca, che poi cuopre il petto, e le ſpalle, e ad'eſſa aggiungono un'altro velo, che pende dal capo come à quaſi tutte le monache, cingono la veſte con un Cordoncino, e da queſto pende una corona, come ſta eſpreſſo nella imagine eſpoſta.

Monialis de Monte Caluario dicta

LXXVIII

Ordo Monialium

S. BENEDICTI

A MONTE CALVARIO

Dictus.

ANTONIA Aurelianenſis, (de qua egit Carolus à S. Maria Prior S. Bernardi Pariſienſis in Catalogo Fulienſium Sanctimonialium pietate celebriorum) à S. Scholaſtica nuncupata princeps fœmina, Ducis de Longavilla filia, & Marchionis de bella Inſula quondam conjux, & vidua, Francorum Regibus ſanguinis propinquitate conjuncta, adhuc juvenis formoſiſſima, ſimulato habitu, Rege renitente, toto ſenatu Toloſano reclamante, vitam aſperrimam Fulienſium profeſſa eſt, & poſt annuam probationem anno 1601. ætatis ſuæ 27. devotionis ſuæ erga B. Virginem ſpecimen aliquod datura, Congregationem B. Mariæ de Calvario, ſub regula S. Benedicti in Gallia inſtituit. Ejus moniales veſtibus albis indutæ juxta ſtrictiorem S. Benedicti Regulam vivunt, velum tamen nigrum capite geſtant. Poſt piam hanc Congregationem inſtitutam, quam Summi Pontifices approbarunt, in Congregatione Fulienſium, quam amplexa fuit, ſanctiſſime perſeverans, obdormivit in Domino menſe Aprilis an. 1618.

De ea mentionem etiam fecit Hipolitus Maraccius in Hæroidibus Marianis pag. 44. & Chriſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi die 22. Aprilis.

LXXVIII

Monache

DETTE

DEL MONTE

CALVARIO.

LA Celebre Antonia, detta di Santa Scolaſtica, Prencipeſſa d Orleans, figliuola del Duca di Longavilla, e moglie del Marcheſe di Bellisola, eſſendo ancor giovane reſtata Vedova, mutò l'abito, e benche le foſſe contrario il Rè, con cui era congiunta di ſangue, e il Parlamento di Toloſa, eleſſe la vita rigoroſa delli Monaci di S. Bernardo riformati, detti comunemente Fogliantini dal luogo ove hebbe principio la Riforma, e dopo haver profeſſati li trè voti religioſi in età di ventiſette anni, deſideroſa di operare qualche coſa in oſſequio della Beatiſſima Vergine Maria, inſtituì in Francia una Congregatione di Monache ſotto la Regola di S. Benedetto più rigoroſa, dandole il nome di Congregatione della B. Vergine del Monte Calvario. La veſte preſcritta à queſte Religioſe è bianca, con velo nero in capo. Eſſendo ſtata queſta Congregazione approvata dalli Sommi Pontefici, la S. Fondatrice perſeverò nel monaſtero della Congregatione Fogliantina, in cui ſantamente morì nel meſe di Aprile l'anno 1618.

Di eſſa fecero menzione Ipolito Maracci nelle Eroidè Mariane pag. 44. e Griſoſtomo Henriquez nel Menologio Ciſtercienſe alli 22. di Aprile.

Oblata Turris Speculorum Romę

LXXIX

Oblatæ

A TURRI

SPECULORUM

Vocatæ Romæ.

SANCTA Franciſca, nobilis fœmina Romana, anno ſalutis 1425. ſub Martino V. adhuc marito ſuperſtite, cum annum ageret quadrageſimùm, miræ ſanctitatis dedit ſpecimina. Illi ex æmulatione Virtutis ſeſe adjunxerunt aliquot nobiles matronæ, quæ paulatim, ipſa magiſtra, velut in unam Sodalitatem coalverunt; Cum magis in dies rem proſpiceret augeri, ſtatuit optimum fore, ſi omnes ſolemni ritu S. Benedicti Regulam complecterentur ſub directione Patrum Mon. tis Oliveti, qui in Foro Romano ad S. Mariæ Novæ Templum ſub Benedictino Inſtituto vivunt. Citò negotium perfectum eſt. Leges ei ſacræ Sodalitatis à B. Apoſtolo dictatas, & præſcriptas, ipſa S. Franciſca commemorat, quæ referuntur in ejuſdem Vita ab Andrea Valladerio, Paulo V. Pontifici maximo oblata, pag. 57. inter quas habitus ita præſcribitur §. 4. *Primam veſtem candidam gerant, extimam vero pullam craſſo panno filoque, velum porrò, e carbaſina tela purum ac ſincerum eſſe oportet.* Cum autem mortuus fuerit Laurentius Pontianus, ejus maritus ſub annum 1436. relicto mariti hoſpitio, ad Sororum tecta ſeceſſit, & in earum numerum ſe adſcribi decrevit in domo, quæ nomen à Turri antiqua, Turris Speculorum accepit, & omnium votis, magiſtra, & mater omnium electa fuit, ubi ſanctè vixit, & miraculis clara à Paulo V. inter ſanctos relata eſt. In hac Congregatione non niſi ex nobilibus Familiis Virgines adſcribuntur, à Clauſura monialium liberæ, omnibus una præeſt uſque ad mortem, ab eiſdem electa.

LXXIX

Oblate dette

DI TORRE

DI SPECCHI.

In Roma.

LA nobile matrona, S. Franceſca Romana nell'anno 1425. Regnando il Pontefice Martino V. e vivente il marito, eſſendo di anni quaranta diede ſaggi di maravigliosa Santità. Fu imitata da alcune nobili donne, le quali havendola eletta per maeſtra, formarono una divota Congregazione, la quale ſempre più creſcendo, giudicarono eſſere ottima coſa l'elegere la Regola di S. Benedetto, e ſotto quella eſſere governate dalli Monaci Olivetani, i quali nel Foro Romano havevano il monaſtero preſſo la Chieſa, detta di S. Maria nuova. Poſero in eſſecuzione queſto loro penſiero; e ad eſſe furono preſcritte altre Conſtituzioni da S. Franceſca Romana, quali le haveva dettate S. Pavolo Apoſtolo, come ella ſteſſa aſſerì, e ſono regiſtrate nella Vita, che di lei ſcriſſe, e dedicò al Sommo Pontefice Pavolo V. Andrea Valladerio à carte 57. Frà queſte nel §. 4. così ſi preſcrive il loro Abito. *In primo luogo portino una veſte bianca, e ſopra eſſa una nera di panno groſſo, il velo del capo ſia di Cambraja pura, e bianca.* Eſſendo poi morto Lorenzo Ponziano, marito di S. Franceſca, circà l'anno 1436. laſciata la caſa di lui ſi trasferì à quella, ove abitavano le ſopradette matrone, chiedendo loro, che voleſſero ammetterla per compagna, ma di comune conſenſo fù eletta per madre, e maeſtra di tutte. La caſa, ove entrò, viſſe, e morì ſantamente, per una vicina Torre ſi chiama Torre de Specchi; ove anche adeſſo ſi vedono le camere da lei abitate, ſicome gl'iſtromenti di penitenza, co' quali affligeva ſe ſteſſa. Chiara poi per miracoli fù aſcritta nel catalogo de Santi dal Pontefice Pavolo V. ed è imitata da molte Dome Romane, quali vivono conforme il di lei S. Inſtituto, nè frà di loro ſono ammeſſe, che di nobili famiglie. Sono però libere dalla Clauſura, propria delli Monaſteri, eleggono una Preſidente dalla quale ſono governate ſino che dura la Vita di lei.

Monialis Oliuetana

LXXX

Moniales

OLIVETANÆ.

CONGREGATIO Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti, hoc nomine fuit appellata eò quòd B. Bernardus Tolomeus Solitariam vitam eligens in montem se contulerat, qui Oliveti dicebatur, ibique ejus Ordinis fundamenta jecerat simul cum aliquibus sociis, postquam vidit scalam ad Cœlum pertingentem, per quam Angeli Monachos albo colore indutos ad Christum, & B. Virginem deducebant. Eandem ob causam candidam vestem illis tribuit Guido Aretinus Antistes ex mandato B. Virginis, quæ illi in somnis alba veste induta sese obtulit, eosque commendavit. Hanc Sodalitatem Monachorum Joannes XXII. const. 15. *Cum à nobis petitur* anno 1324. approbavit. Deinde multis accedentibus illectis virtutibus B. Bernardi & Sociorum, eadem incrementa suscepit in Monte Oliveto, ex quo sub Simone Senensi tertio omnium Præposito electo, multis Cœnobiis extructis, Congregatio longe lateque propagata fuit, adhuc vivente B. Bernardo, qui demum sancte objit anno 1348. Constitutiones conformes Regulæ S. Benedicti servant tam Viri quàm Virgines eidem Congregationi Olivetanæ adscriptæ, & simili veste alba ut monachi indutæ. Quo autem tempore primùm earum Cœnobium erectum fuerit, apud nullum Auctorem potui reperire: P. Secundus Lancillottus in historia Olivetana lib. 2. cap. 25. narrat B. Jordanum Abbatem Generalem circà an. 1359. *duo monasteria extruxisse Patavii Virginum scilicet, & Monachorum, simul conjuncta*, nec antiquius extructum commemorat. Cuculla alba utuntur hæ Moniales, sicut & tunica: Velamine duplici, ut ceteræ caput exornant.

LXXX

Monache

OLIVETANE.

LA Congregatione delli Monaci che fù chiamata della B. Verg. di monte Olivetto ove il B. Bernardo Tolomeo elesse con alcuni Compagni di vivere solitario, hebbe il principio dopo che fu veduta una scala poggiata al Cielo, per la quale gli Angioli conducevano al Trono del Redentore, e della sua Santissima Madre monaci vestiti di bianco; e Odone Vescovo Aretino prescrisse à detta Congregazione tal sorte di abito, dopo che la B. Vergine apparsagli in sogno vestita di bianco, gl'raccommandò questi buoni solitarii. Ciò accadde l'anno 1319., e dopo nel anno 1324. Giovanni Papa ventesimo secondo con sua Bolla approvò il modo di vivere di essi, e li dichiarò Monaci Religiosi, quali ascritti alla Regola di S. Benedetto, osservano molte Constituzioni loro proprie. Crebbe perciò quest'Ordine, allettati molti dalla fama della Santità, cõ cui tutti vivevano, & esse. do Superiore di tutti l'Abb. Simone, si sparse in molti luoghi con l'erezione di nuovi monasteri, vivendo ancora il B. Fondatore, che poi morì nel 1348. Questo Instituto si osserva anche dalle Monache vestite come li monaci di bianco; quando però fossero instituite, e fondati monasteri per loro, non hò potuto leggere appresso alcuno autore. Il P. Secondo Lancillotto nella sua istoria Olivetana riferisce che il B. Giordano Abbate Generale circa l'anno 1359. fondò in Padova due Monasteri, uno di Monaci l'altro di Monache, nè fà commemoratione di altro più antico di questo. Usano nelle funzioni del Coro la cocolla bianca, sicome bianca è la tonaca. In capo hanno velo bianco, e nero comune alle Vergini claustrali.

S. Pachomij seu Tabennensis

LXXXI

Ordo Monialium

S. PACHOMII,

Seu Tabennenſis.

EST in Thebaide locus Tabennenſis vocatus, in quo fuit Pachomius Monachus, ſanctitate celeberrimus. Illi, referente Palladio in hiſtoria Luſiaca Angelus Regulam vivendi præſcripſit, quas ſuis alumnis Pachomius propoſuit. His, ut ſcripſit Palladius, pag. 97 *fecit cucullas molles tanquam pueris in quibus etiam juſſit imponi figuram Crucis purpureæ*. Fuerunt autem Monaſteria habentia Viros circiter ſeptem millia: fuiſſe etiam tempore S. Hieronymi Monaſteria etiam Virginum Tabenneſium affirmat idem Palladius, inter quæ unum *Fœminarum quadringentarum*, habitantiũ trans fluviũ, ſicut Viri intra fluvium habitabant, quorũ nullus, excepto Presbytero & Diacono, tranſibat ad monaſterium Fœminarum, & hoc die Dominico tantùm. Addit Arnoldus Boſtius, cum aliqua earum defuncta fuerit, eam, ex more veſtitam, aliæ deferentes ſupra ripam ponebant, quam in die Viri navicula cum Pſalmis transferentes, in ſepulchro proprio condebant. Addit hunc Ordinem incæpiſſe anno Domini 340. & D. Pachomius vivere deſiit anno 405. At ejus Aſſeclæ jam penitus defecerunt, qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſint addicti. De ordine Tabennenſi egit Arnoldus Boſtius lib. 1. ſpeculi hiſt. c. 6. relatus à Jo. Baptiſta de Lezana Tom. 2. Annal. Carmelit. ad an. 327. qui ait, Fratres hujuſmodi habere tunicam nigram cum griſeo ſcapulari, cruceque alba in pectore. Iconem, quam damus, ſororem D. Pachomii exprimit, quam ex antiquis picturis retulit P. Beurier num. 11. De eodem Ordine ſcripſerunt etiam Lipomanus tom. 3. pag. 168. ubi vitas aliquarum Fœminarum Tabennenſium refert, S. Hieronymus, Caſſianus, Beda, Uſuardus, Baronius ad ann. 328. §. 3. & Surius 14. Maji.

LXXXI

Monache

DI S. PACOMIO

O Tabenneſi.

NELLA Tebaide è un luogo, chiamato Tabenne, ove fù celebre per ſantità il prodigioſo Monaco Pacomio. A queſto come riferſce Palladio nella ſua iſtoria, un Angelo dettò la Regola per li ſuoi monaci. A queſti, dice l'Iſtorico, preſcriſſe per Abito una ſtretta cuculla, ornata con una croce di colore roſſo, e crebbero tanto tali monaci, che qualche monaſtero ne conteneva ſino à ſette mila. Il medeſimo Palladio dice, che in tempo di S. Girolamo erano anche molti monaſteri di Donne Tabenneſi, in uno de quali ne abitavano quattrocento, e queſti erano diviſi da quelli degl'Huomini da un fiume, nè era lecito ad alcuno paſſarlo, eccetto nel giorno di feſta ad un Sacerdote, e un Diacono per il miniſtero del Divino Sacramento. Aggiunge Arnoldo Boſtio, che quando accadeva la morte di una di eſſe, era il di lei cadavero, decentemente veſtito, laſciato dalle altre ſopra la ripa del fiume, e queſto poi con una Barchetta veniva traſferito da monaci, e ſeppellito nella ſepoltura, aſſegnata per eſſe. Si ſcrive, haver havuto principio queſte monache circà l'anno 330. e che S. Pachomio morì nel 405. Hora però ſono mancate queſte Religioſe eſſendo mancata la Fede di Chriſto in quelle parti. Di tal'Ordine ſcriſſero Arnoldo Boſtio nel lib 1. cap 6. riferito da Gio. Battiſta de Lezzana nel tomo 2. degli Annali Carmelitani all'anno 327. il quale racconta eſſere ſtate veſtite queſte Religioſe di tonaca nera con ſcapolare grigio, fregiato di croce bianca ſul petto. L'imagine quì eſpoſta, rappreſenta la Sorella di S. Pacomio, quale preſe dalle pitture antiche il P. Beurrier. Molte Vite di Monache Tabenneſi furono ſcritte dal Lipomano nel tomo 3. alla carta 168. ſicome S. Girolamo Caſſiano Beda, Uſuardo, e il Baronio all'anno 328., e il Surio alli 14. di Maggio.

Monialis Philippina Romæ

Sanctimoniales quæ

PHILIPPINÆ

Appellantur.

IN ea Urbis Regione, in qua Mons Citatorius eminebat, domum incolebant aliquot piæ mulieres, Tertio Ordini S. Francisci adscriptæ, quæ postea Jussu Pii V. Summi Pontificis religiosa vota professæ fuerunt, & anno 1669. ad Cœnobium S. Bernardini in Regione Montium translatæ. In ea igitur domo Urbanus VIII. pauperes Virgines jussit collocari, quas sub Paulo V. Rutilius Brandi alere cœperat, ne earum pudicitia periclitaretur; Philippinarum nomine illis impositio, ob S. Philippi Nerii patrocinium, cui illas submiserat. Currente deinde anno 1695. Cum Innocentius XII. Domos pene omnes, magnæ Curiæ proximas, evertere decreviſſet, ut alias commodiores extrueret Notariis, aliisque Curiæ administris, eas Virgines aliò transferri jussit ad Domum in Regione Arenulæ sitam prope Templum S. Luciæ dicatum, ubi hodie degunt, operam dantes præter pia exercitia, laboribus fœminarum propriis, ex quorum lucro aluntur, donec statum conjugalem, aut Religiosum eligant. Illæ omnes, quæ fere centenarium numerum explent, gubernantur à viginti Sanctimonialibus, Religiosis Votis obstrictis, quarum indumentum Imago exposita repræsentat; scilicet tunicam laneam nigram, cui superpelliceum lineum superimponitur, quod vulgò dicitur *Cotta*, circa lumbos albo funiculo præcinctum. Illi ante pectus lanea & nigra Crux est affixa. Caput tegitur albo velamine, cui aliud nigrum superadditur: Infra vultum linea tela dependet, qua pectus igitur. Omnium regimen aliquibus præclaris Viris demandatum est, quibus Emin. Cardinalis Vicarius præest.

De illis Abbas Carolus Bartholomæus Piazza cap. 12. Tract. 5. de operibus piis Romæ.

Monache

DETTE FILIPPINE.

FU già nel monte, detto Citorio, una casa, in cui vivevano molte devote Donne dell'Terz'Ordine di S. Francesco, quali per Ordine del B. Pio V. si obbligorono alla Professione Religiosa, e nell'anno 1669. furono trasferite al monastero di S. Bernardino, situato nel Rione de Monti, e in quella collocate da Urbano VIII. alcune povere Fanciulle, che nel tempo di Pavolo V. un pio Huomo, chiamato Rutilio Brandi, cominciò ad alimentare sotto la cura di honeste Donne, e havendole raccommandate alla Protezzione di S. Filippo Neri, furono denominate Filippine. Con l'occasione poi della Fabrica della Curia Innocenziana fatta da Innocenzo XII. furono trasferite nel 1695. ad una Casa vicina alla Chiesa di S. Lucia, detta della Chiavica, nel Rione della Regola, ove ora vivono, e attendono alli lavori proprii delle Donne, e si mantengono in parte con il guadagno di essi, e con altre elemosine alle medesime contribuite. Sono in numero di circà cento, e governate come Religiose da Venti Monache Professe, l'abito delle quali è espresso in questa imagine; cioè una veste di lana nera, sopra cui è una cotta di lino bianca, lunga fino alle ginocchia, cinta ne'lombi con un cordoncino bianco. In petto è contrasegnata da una croce nera lunga circa mezzo palmo. In capo portano un velo bianco, coperto da un altro nero, il volto è cinto da una tela bianca, che pendente cuopre il petto. Al governo di questo Monastero presiedono alcune pie persone, delle quali è capo il Cardinale Vicario del Sommo Pontefice.

Di esse fece menzione, l'Abbate Carlo Bartolomeo Piazza, nel capo 12. del Trattato 5. delle opere pie di Roma.

S. Petri de Alcantara

LXXXIII

Moniales

SOLITARIÆ

Juxta Inſtitutum S. PETRI de Alcantara.

CUM in Terra Faræ reperiretur Monaſterium monialium ſub titulo S. Mariæ de Succurſu tertii Ordinis S. Franciſci, Franciſcus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Barberinus qui monaſterium S. Mariæ Farfenſis in commendam obtinuerat, in ſitu huic monaſterio contiguo aliud ſuo ære conſtruxit, ut in eo aliquot Moniales vitam ducerent ſolitariam, & auſteram, à ſæculo omnino ſegregatæ, & divinarum rerum contemplationi operam dantes, aliquomodo compenſare ſtuderent eam relaxationem morum, quam nimia cum ſæculo communicatio in multa invexit monaſteria. Titulum illi impoſuit S. Mariæ de Providentia ſuccurrente, Monialium Solitariarum excalceatarum Ordinis S. Claræ juxta inſtitutum S. Petri de Alcantara. Ut cænobii hujus fundamenta ponerentur, aliquæ moniales ex prædicto antiquo Tertiariarum monaſterio ſelectæ ſunt, ex indulto Sedis Apoſtolicæ, aliæ verò è ſæculo receptæ, regnante Clemente X. an. 1676. Conſtitutionibus multis præſcriptis ab eodem Cardinali Barberino, & ab Innocentio XI. bulla *Sacroſancti Apoſtolatus* anno 1678. approbatis, quibus D. Petrum de Alcantara omni quo poſſent, conatu imitarentur. Veſte lanea rudi & pannoſa ob id indutæ incedunt, qua nunquam exuuntur, cum brevi mantello fune craſſo cinctæ, nudis omnino pedum plantis, niſi forte aliquando invaletudo prohibeat. Velamen capiti imponunt nigrum, quod ante oculos ſæpe dependet infra pectus extenſum. Silentium perpetuum ſervant ab omni commercio ſegregatę. Illis aliquot Virgines, extra ſepta monaſterii degentes, ſub directione plæ fœminę cibos, cęteraque ad vitæ conſervationem neceſſaria adminiſtrant, ut melius Deo & ſibi tantùm vacent, ab omni rerum temporalium cura ſolutæ.

Hæc omnia narrantur in Conſtitutione Innocentii XI. & in Regulis à Cardinali Franciſco conſcriptis.

LXXXIII

Monache

SOLITARIE

Dell'Inſtituto di S. PIETRO d'Alcantara.

ERA nella Terra, detta Fara, ſituata nel Territorio di Farfa, un monaſtero di Monache del Terz'Ordine di S. Franceſco, ſotto il titolo di S. Maria del ſoccorſo, e vicino ad eſſo l'Emin. Cardinale Franceſco barbarino, qnale godeva in commenda il monaſtero di S. Maria di Farfa, à ſue ſpeſe ne fabricò un'altro, acciòche in eſſo viveſſero alcune monache ſolitarie, e tutte applicate al Divino Servizio; onde in queſto modo ſupplirſſero alla gran libertà, che hanno alcune Religioſe nel trattare con gli Eſterni. Diede à queſto il titolo di S. Maria della Providenza, e dal ſoccorſo delle monache Solitarie ſcalze dell'Ordine di S. Chiara, conforme all' Inſtituto di S. Pietro di Alcantara. Ottenne per la fondazione di eſſo con indulto Apoſtolico alcune Religioſe dell'altro monaſtero del Terz'Ordine, e ſcelſe altre ſecolari per il medeſimo effetto regnando Clemente X. nell'anno 1676., e preſcriſſe loro molte Conſtituzioni, con l'oſſervanza delle quali poteſſero imitare la vita rigoroſa di S. Pietto di Alcantara. Veſtono perciò ſopra la nuda carne lana groſſa, e rapprezzata, di cui non ſi ſpogliano mai, portano un corto mantello del panno ſteſſo, e ſi cingono con fune rozza ò di ſparto ò di canape, hanno in teſta un groſſo velo, quale pende ſpeſſe volte ſopra il volto oltre la cintura, vivono con piedi affatto nudi, ſe pure qualche infermità ciò non impediſce, oſſervano continuo ſilenzio, ſeparate da ogni commercio umano, e acciòche meglio poſſano attendere alli eſercizii ſpirituali, ſono deputate alcune Fanciulle devote, le quali governate da una ſuperiora fuorì del monaſtero, ſomminiſtrano à quelle ciò, che loro è neceſſario per il mantenimento della Vita.

Tuttociò ſta regiſtrato nella Bolla d'Innocenzo XI, e nelle Regole compoſte dal Cardinale Barberini, e ſtampate.

64

Sanctim: Præmonstratensis

LXXXIV

Moniales Ordinis

PRÆMONSTRATENSIS.

SAnctus Norbertus, Romam profectus, ab Honorio II confirmationem Ordinis petiit, quem in Laudunensi Diœcesi sub anno 1118. instituerat. Post impetratam à S.Sede confirmationem Præmonstratum reversus,non solùm Virorum,sed Fœminarum quoque cohortes ad Christum convertit, earumque Monasteria instituit, quæ tanto rigore, tamque exacto silentioDeo serviebant, ut semel ingressæ monasterium, nunquam inde exirent amplius, nulli unquam Viro non tantùm extraneo, sed nec germano quidem, aut propinquo loqui permitterentur, nisi stantibns ad fenestram duobus Conversis cum Viro exterius, & duabus fororibus cum moniali interius. Ad resecandum etiam omnem fastum, usque ad aures tondebantur,vilissimoque nigro panno pro velo capitis utebantur. Vestibus non nisi ex lana alba aut pellibus ovinis induebantur. Atque inter hæc tantus earum crevit numerus, ut Viro Dei adhuc superstite, plusquam decem millium numerum excederent. Ita Martinus Merz Canon. ejusdem Ordinis in Vita S.Norberti lib. 2. cap. 12. Stephanus autem Cardinalis summus Pœnitentiarius sub Clemente VI. scripsit summam Claustrorum Ordinis Præmonstratensis fuisse 1332.in quibus Canonici Regulares degebant, pro Sanctimonialibus quadraginta.Veste,& pallio albo utuntur hæ moniales cum scapulari pariter albo supra tunicam cincto: supra frontem in albo velamine crux est, ut imago demonstrat Beatæ Gertrudis monasterii Aldebergensis Ordinis Præmonstratensis magistræ, ex qua Icon à nobis exposita accepta est.

LXXXIV

Monache

PREMONSTRATENSI.

ANdato à Roma S.Norberto domandò al Pontefice Oncrio II. la confermazione dell'Ordine,da lui instituito circà l'anno 1118. nella Diocesi di Laon, e havendola ottenuta, tornò al luogo detto Premonstrato,ove convertì, e fondò monasteri non solamente per gli Huomini, ma per le Donne ancora, le quali cominciarono à vivere con sommo rigore, nè si curavano di uscire di casa, nè di parlare con alcuno,e se pure talvolta con qualche stretto parente dovevano parlare, ciò non si faceva, se non presenti due Conversi fuori del monastero, e due Monache dentro del medesimo. Per torre ogni vanità, tagliavano i capelli fino alle orecchie, e coprivano il capo in vece di velo d'un grosso panno di color nero.Le vesti erano di lana bianca,ò pure di pelli d'agnello.Crebbe tanto il numero sì delli Religiosi, come delle Monache,che essendo ancor vivo S.Norberto, ascendeva fino à dieci mila. Tanto scrisse Martino Merz, Canonico del medesimo Ordine,nella Vita di S.Norberto lib.7. cap.12., e Stefano Cardinale,sommo Penitentiere sotto Clemente VI. asserì. che il numero delli monasteri degl' Huomini di quest'Ordine era di 1332., e quaranta delle monache. Queste vestono tonaca, mantello, e scapulare bianco, quale cingono sopra la veste, e in fronte sopra il velo è una piccola croce, come mostra l'imagine,quì esposta, presa dalla imagine di S.Geltrude,maestra di quest' Ordine nel monastero di Aldeberga.

Monialis Presentationis B. Mariæ

LXXXV

Monialis

PRÆSENTATIONIS

B. Mariæ.

CUM anno 1664. Illuſtriſs. Præſul Fridericus Borromæns, qui poſtea ſacra purpura fuit inſignitus in Morbonio, oppido Rhetiæ ad Adduam fluvium in Valle Tellina ſito, moraretur, ut preces expleret aliquarum piarũ Fœminarum, quæ amore flagrabant vitam ducendi à Conſortio Hominum ſegregatam; inſtante etiam Rev. D. Carlo Ruſca, qui in eodem oppido ceteris Sacerdotibus præerat, domum illis conceſſit, in qua ſimul Deo, ſibique vacarent; earumq; Congregationem erexit ſub titulo Preſentationis B. Marię, quam poſtea ſuo Diplomate Illuſtriſs. Turrianus Epiſcopali Auctoritate approbavit. Tria Vota illæ emittunt cæteris Sanctimonialibus communia, quæ bis ſingulis annis iterum profitentur. Clauſuræ legibus obſtrictæ ſub Regula S. Auguſtini, Conſtitutionibus aliquibus diriguntur, quas illis P. Bartholomæus Puſterla, e Societate Jeſu ſancivit, ejuſdem Societatis Inſtituto conformes. Tres ſupra triginta illæ ſunt, e præcipuis Familiis ſelectæ. Exercitiis ſpiritualibus ſpatio decem dierum ſingulis annis vacant. Antequam in Congregatione earum aliqua conſcribatur, ſpatio ſex menſium probari debet, an ſit idonea. Veſtis, qua induuntur, nigra eſt cum ſcapulari albo. Velamen capitis cruce nigra decoratur ſupra frontem affixa.

LXXXV

Monaca della

PRESENTATIONE

Di Maria.

RITROVANDOSI nel 1664. in Morbegno della Valtellina ſituato vicino al fiume Adda Viſitatore Apoſtolico Monſignore Federico Borromeo, quale poi fù aſſunto al Cardinalato, fù pregato da alcune pie donne, deſideroſe di vivere ſeparate dal conſortio degl'Huomini, di potere ritirarſi dal ſecolo, e dedicarſi à Dio, onde aggiungendoſi alle loro preghiere le inſtanze del Revrendiſs. D. Carlo Ruſca Arciprete del medeſimo luogo, aſſegnò loro una commoda abitatione, e inſtituì una Congregazione di eſſe con il titolo della Preſentazione della Beatiſs. Vergine, la quale poi fù cõfermata con Breve Epiſcopale da Monſignore Turriano. Profeſſano queſte Vergini oltre la Clauſura li tre Voti comuni à tutte le Religioni, quali due volte l'anno rinuovano, e vivono ſotto la Regola di S. Agoſtino con particolari Conſtituzioni, compoſte, e cavate dall' Inſtituto della Compagnia di Gieſù dal P. Bartolomeo Puſterla, ſoggetto inſigne della medeſima Compagnia. Sono ſempre trentatre di numero, e per l'ordinario ſcelte da Famiglie nobili. In ciaſcun anno attendono per dieci giorni agli Eſercizii ſpirituali, compoſti da S. Ignazio Lojola. Avánti che trà di eſſe ſi ammetta alcuna, deve eſſere provata per lo ſpazio di ſei meſi. La veſte è nera con ſcapolare bianco, e nel velo del capo hanno ſopra la fronte una croce nera, come appariſce nella figura.

Virgo dicta Purificationis B. Mariæ
Aronę

LXXXVI

Virgines

PURIFICATIONIS

B. Mariæ.

DEGEBANT in Suburbio Aronę ann. 1590. duo Fratres Joannes Antonius, & Joannes Baptiſta, cognomento Seraphini, ambo in matrimonii ſtatu conſtituti ſed prole orbati. Hi cum animadverterent in ea Urbe collocatos à D. Carolo Borromeo Religioſos S. Franciſci, quos Capuccinos appellant, & Patres Societatis Jeſu, nullam tamen mulierum Congregationem, quæ Vitam religioſam profiterentur, decreverunt bona, quæ poſſidebant, impendere, ut aliqua ex jis Congregatio inſtitueretur, à quibus Puellæ edocerentur, donec adultæ aut Vitam religioſam amplecti poſſent, aut in matrimonio collocari. Quamobrem ſuam domum primùm obtulerunt Patri Joanni Mellini, Societ. Jeſu, qui Collegio tunc temporis præerat. Hic pari pietate, & Zelo præditus, ut pium opus perficeret, conſtitutiones aliquas juxta Inſtitutum Societatis Jeſu ſelectas, aliquibus Virginibus, præſcripſit, quas ſuo Diplomate Epiſcopus approbavit. Quatuor ſupra viginti illæ ſunt, quibus ſex famulæ adjiciuntur, & Virgines vocantur B. Mariæ Purificatæ. Puellas docent, quarum plurimę una cum ipſis in eadem domo aluntur. Clauſuræ legibus non tenentur, Votum Caſtitatis tantùm emittunt promittuntque ſe in ea Congregatione perpetuò victuras; Paupertatem tamen, & obedientiam exactè ſervant. Veſte induuntur nigra, & ſimplici, collum candido, & cilindrico collari, caput albo brevique tegumento exornant. Cum ad templum proficiſcuntur, velamen capiti addunt nigrum uſque ad terram productum, quo etiam vultus fere totus contegitur.

LXXXVI

Vergini della

PURIFICAZIONE

Di Maria.

VIVEVANO nel 1590. nel Borgo di Arona due Fratelli, Gio: Antonio, e Gio: Battiſta Serafini, ambedue ammogliati ma ſenza figliuoli, Queſti riflettendo, che nella Città erano due famiglie di huomini Religioſi, poſtevi da S. Carlo Borromeo, una di i Capuccini, l'altra della Compagnia di Gesù, e niuna di Donne, inſpirati da Dio riſolverono di applicare le loro facoltà alla fondazione d'un Collegio di eſſe, quali allevaſſero fanciulle, che ſantamente educate poteſſero, ò conſagrarſi à Dio, ò pure eleggere il matrimonio. Fecero perciò ricorſo al P. Giovanni Mellini, della Compagnia di Gesù allora Rettore di quel Collegio, e gli offerirono la loro caſa, con pregarlo voleſſe dar compimento all'opera; onde il Padre con molto Zelo la promoſſe, facendo alcune Regole, cavate della Compagnia ſua, quali furono confermate con Breve del Veſcovo. Sono queſte Vergini 24. di numero con ſei ſerventi, e hanno il titolo della Purificazione di Maria; fanno voto di caſtità, e promettono vivere ſempre in detta Congregazione; Oſſervano anche eſattamente povertà, & ubidienza, ma ſenza voto, non ſono aſtrette alla clauſura, e inſegnano ſenza mercede alle fanciulle, molte delle quali convivono nella medeſima caſa. L'abito è di color nero, adattato alla Vita, ſenza alcun'ornamento, hanno un piccolo collaro tondo, e due piccoli manichetti piani, e bianchi, un velo bianco in capo, che nella ſchiena finiſce in punta. Quando vanno alla Chieſa portano un manto nero, che tutte le cuopre, e ſi vede ſolamente la metà del volto.

B. Mariæ de Mercede Redempt: Captiuorum

Moniales

B. MARIÆ DE MERCEDE

Redemptionis Captivorum.

POSTQUAM B.Raymundus de Penafort cum S.Petro Nolasco, & Jacobo Aragoniæ Rege, monitu B.Virginis, pium opus redimendi Captivos instituerat; aliquot Piæ Mulieres, Deo impellente, sese adjungi huic Ordini Religiosorum expetebant, ut precibus saltem & eleemosinis illum promoverent, cum sibi non liceret Votum, quo Viri tenentur, sese in pignus tradere, si opus sit, ut captivi à servitute Paganorum liberentur. Præcipuæ fuerunt Isabella Berti, & Eulalia Pins, ambæ ex illustribus Familiis Barchinonensibus, quæ maritis viduatæ, in propriis domibus cum aliquibus aliis vitam, Religiosorum more orationibus, Jejuniis, aliisque Corporis afflictationibus instituerunt. Habitu Religionis se indui expetentibus P.Bernardus de Corbaria, qui Religiosis ejus Ordinis Barchinone præerat, P.Gulielmo Bas Præposito Generali rem totam aperuit, & in comitiis Generalibus anno 1260. omnibus annuentibus, facultas concessa fuit, ut similem vestem susciperent, scilicet albam cum signo in pectore ejus Ordinis proprio. Tandem superatis aliquot difficultatibus ob quas hoc pium opus differri necesse fuit, ann. 1265. Regnante Clemente IV. & Jacobo Rege, post solemne sacrum Præpositus Generalis eas Religionis vestibus induit, & supplicatione instituta Monasterium ingressæ sunt, in quo statim illis se adjunxit Venerabilis Maria, à Succursu dicta, propter insignem erga egenos liberalitatem, ex illustribus Parentibus nata Barchinone, quæ non solùm patriam, sed Ordinem universum suis Virtutibus exornavit. Ejus vitam in cap. 2. & 21. descripsit P.Alphonsus Remon in Historia, quam texuit hujus Ordinis Religiosi.

Monache

DI S.MARIA DELLA MERCEDE

Della Redenzione delli Schiavi.

DOpo che fù fondato l'Ordine della Redenzione delli schiavi per commandamento della Madre di Dio dalli SS.Pietro Nolasco, e Raimondo di Pegnafort, insieme con Giacomo Rè di Aragona, desiderorono alcune pie Dõne di vivere ascritte al medesimo, acciòche potessero anche esse cooperare con le loro orazioni, ed'elemosine alla Redenzione delli Schiavi, giàche non era loro lecito di obbligarsi con voto d'impegnare se stesse per il fine medesimo; Le due Principali, nate di sangue nobile in Barcellona, furono D.Isabella Berti, e D.Eulalia Pins, queste rimaste vedove cominciarono à vivere come Religiose nelle proprie case con Orazioni, con digiuni, e altre volontarie penitenze, e chiederono instantemente al P.Bernardo de Corvara, allora superiore delli Religiosi, di poter vestire l'abito di essi, e riferitosi ciò al Generale dell'Ordine il P.Guglielmo Bas, fu nell'anno 1260 stabilito nel Capitolo Generale, che fossero esaudite. Ma per alcune difficoltà inforte si differì nel 1265. in cui vivendo Clemente IV., e Giacomo Rè uno delli Fondatori dell'Ordine dopo messa celebrata dal P.Generale, furono vestite dell'abito proprio di quest'Ordine, e con solenne processione condotte al monastero à questo fine fabricato. La prima, che vi entrò dopo loro, fù la venerabile Madre Maria, detta del soccorso, per la di lei insigne pietà verso li poveri; la quale illustrò con le sue rare Virtù non solamente Barcellona sua Patria, ma tutta la Religione. La vita di essa si troua descritta nel capo 21., e 21. della Istoria dell'Ordine, publicata dal P.Alonso Remon, soggetto del medesimo.

B. Maria de Mercede discalceata

LXXXVIII

Sanctimonialis

B. MARIÆ DE MERCEDE
Discalceata.

SICUTI circa annum 1265. institutum fuerat Barchinone ab aliquibus nobilibus fœminis Cœnobium Sanctimonialium, quæ legibus obtemperarent, quas Viris Ordinis B Mariæ de Mercede Sancti Fundatores Raymundus de Penafort, & Petrus Nolasco præscripserant; Ita pariter anno 1616. Avalitæ, hoc est in oppido Hispaniæ Boeticæ in Vandalia inter Hispalim & Cordubam prope Boetim fluvium sito, erectum fuit Cœnobium Sanctimonialium discalceatarum, eidem Ordini adscriptum, postquam circa ann. 1604. Congregatio Virorum discalceatorum instituta fuerat (quam nominant Recollectam) & à Clemente VIII. approbata in Constitutione *Decet Romanum Pontificem.* Primum lapidem posuerunt tres Sanctimoniales, e Cœnobio Sanctissimæ Assumptionis, Hispali celeberrimo, videlicet Clementia de Sanctissima Trinitate dicta, quæ cæterarum regimen suscepit, Maria de Incarnatione, ejus Vicaria, & Lucia à Resurectione. His multæ additæ sunt, quæ earum exemplo austeras vivendi leges amplexæ, morum probitate conspicuæ, aliis hujus generis Cœnobiis initia dedere, quæ in Hispaniæ Provinciis florent. Vestibus laneis albis ut Viri induuntur sine lineo indusio, scilicet tunica scapulari, & pallio ultra genua extenso: Ante pectus earum parmula micat cum cruce alba in campo rubro, & Regum Aragoniæ stemmate. Discalceatæ sandalia ex canabe gestant, faciem lineo velamine albo circumdant, caput nigro contegunt.

Omnia ex Relatione P. Andreæ à S. Augustino ejusdem Ordinis discalceati Historici.

LXXXVIII

Monaca scalza

DI S. MARIA DELLA MERCEDE

SICOME circà l'anno 1265. fù abbracciata dalle Donne la Religione dalla Madonna della Mercede, e fondato in Barcellona un monastero da alcune nobili matrone, quali vestito il medesimo abito, elessero di osservare, per quanto comportava il sesso donnesco, le Regole prescritte dalli Santi Fondatori, S. Raimondo di Pegnafort, e Pietro Nolasco; così parimente nell'anno 1616. in un Castello della Betica presso Siviglia, nominato Lora, fù instituito un Monastero di Monache Scalze, dopo che dall'Ordine sopradetto della Mercede era nata circà l'anno 1604. la Congregatione, chiamata Recolletta di Religiosi scalzi, quali havevano eletta Vita più austera, e fù approvata da Clemente VIII. con la Bolla *Decet Romanum Pontificem.* Le prime Fondatrici di esso, elette dal monastero dell'Assunzione, ch'era di monache calzate, nella Città di Siviglia, furono Clemenza della Santissima Trinità, che fù Priora, Maria della Incarnazione, Vicaria di essa, e Lucia della Resurrezione. Diedero queste principio, e con la loro virtù invitorono molte à sottoporsi alle austerità, con cui vivono, e questo fù poi Seminario di molti altri monasteri, quali di tal'ordine sono nella Spagna. Il vestire di esse non differisce da quello degl'Huomini; hanno tonaca, scapolare, e mantello corto di lana bianca, nè usano camiscia di lino, scalze portano sandali di canapa: In petto affissa hanno l'insegna della Religione con l'arme di Aragona: cuoprono la testa con velo nero, e cingono il volto con panno di lino bianco.

Tuttociò della Relazione del P. Andrea di S. Agostino Croniста della stessa Congregazione.

Ordinis Seruorum B. Mariæ

LXXXIX

Moniales
ORDINIS
SERVORUM
B. MARIÆ.

SAnctus Philippus Benizius cum circa annum 1285 Tudertum proficiſceretur, duæ meretrices illi obviam iuerunt in monte inter Urbem Narniam & Tudertum ſito, qui à Terra Arnolfa nomen accepit. Illas benigne reprehendit Philippus, & ſubminiſtrata eleemoſina, cum eis pepigit, ut ſpatio trium dierum à congreſſu Virorum ſe abſtinerent; Pollicitæ hoc illæ fuerunt, juramento addito, mox tantus tremor eas invaſit ut timore Diuinæ vindictæ, ſe ſemper victuras à labe immunes ſtatuerint, & Magdalenam peccatricem imitantes Miſericordiam Dei expoſtulauerint. Diebus ſequentibus à B. Philippo edoctæ in domum ſe receperunt, ut ibi clauſæ viuentes feliciter ad Cœlum migrare poſſent. Earum exemplo aliæ piæ mulieres acceſſerunt, ut ab Hominum conſortio ſegregatæ Deo famularentur, veſte indutæ, quam Deipara Ordini Patrum Seruorum præſcripſerat. Annuit B. Philippus, eoque defuncto, ceteri ejus Ordinis Moderatores Regulas illis præſcripſerunt. Vocatuſque eſt earum Cætus ſecundus Sororum Clauſtralium Ordo; Primus enim erat Virorum, Tertius earum mulierum eſt, quæ aliquas Regulas profitentur Deo oblatæ, non tamen in clauſura degentes, nec Vota Religioſorum emittunt. In multis deinde Italiæ partibus auctus eſt, erectis Virginum Cœnobiis, quibus Habitus ſimilis præſcribitur, ac Viris, dempto Caputio, cujus loco velamen nigrum capiti imponunt.

De illis egerunt Arcangelus Gianus de Origine Servorum B M. pag. 20. & Michael Florentinus in Chronicis ejuſdem Ordinis ad anno 1285. pag. 75.

LXXXIX

Monache
DELL' ORDINE
DE' SERVI
DELLA B. VERGINE.

MEntre S. Filippo Benizio andaua verſo Todi s'incontrò circà l'anno 1285. nel monte, detto di terra Arnolfa, trà Narni, e Todi in due meretrici, alle quali dopo una caritateuole riprenſione, diede elemoſina ſufficiente à ſoſtentarſi per trè giorni, facendoſi promettere, che in detto tempo ſi ſarebbero mantenute continenti; onde eſſe per renderlo più certo della promiſſa aggiunſero il giuramento. Ciò fatto eſperimentorno rimorſi così gagliardi della Conſcienza, che pentite degli errori commeſſi, e come Maddalena, chiederono perdono di eſſi. Eleſſero perciò, conſigliate dal Santo, di viuere rinchiuſe in una caſa, alla quale ſi aggiunſero altre pie Donne, deſideroſe di viuere ſegregate dal mondo con il Santo abito, che la Vergine Maria haueua preſcritto alli Padri Seuiti. Approuò la riſoluzione di eſſe il B Filippo, e dopo morte di lui furono ſtabilite Regole per dette Donne, che ora ſi chiamano del ſecondo Ordine de' Serui di Maria, perche nel primo ſono compreſi gl i Huomini Religioſi, ſicome il terzo è delle Donne, quali viuono ſotto l'abito medeſimo con alcune regole, ma ſenza Voti, e non obbligate alla Clauſura. Si dilatò poi queſt' Ordine in molti monaſteri per l'Italia nelli quali viuono ſotto queſto Inſtituto, e abito non diſſimile da quello delli Religioſi, ſenon inquanto le monache hanno il velo nero in luogo del Capuccio.

Trattorono di eſſe Arcangelo Giano della origine de' Servi di Maria pag 20., e Michale Fiorentino nelle Cronache dell'Ordine all'anno 1285. carte 75.

Tertij ordinis Seruorum B. Mariæ

XC

Mulieres

TERTII ORDINIS

Servorum B. Mariæ.

BEATA Juliana Virgo ex nobili familia Falconeria, Florentiæ nata, ab incunabulis Sanctiss. Dei Genitricis cultui addicta, B. Alexium Patruum, unum ex primis fundatoribus Ordinis Servorum B. Mariæ, imitata, in eo adscribi, voluit anno 1284. Sicque vitam instituit, ut tribus cujusque hebdomadæ diebus jejunans, sacram sumeret non sine lacrimis Eucharistiam: Feria quarta, & sexta ob Passionis Dominicæ memoriam nihil prorsus, e cibis capiebat; Sabbato verò solùm pane & aqua contenta in B. Virginis honorem jejunabat. Cum ex assidua jejunandi consuetudine stomachi morbum contraxisset & acceptum cibum retinere non posset, & moritura sacram Eucharistiam sibi afferri postulauerit, ut illam veneraretur, pectori suo admoueri obtinuit, deinde placidissimè quieuit. & simul Eucharistia disparuit. Creuit postea harum Sororum Cætus in obsequium B. Virginis dicatus, & in eo plures nobilissimæ fœminæ adscriptæ floruerunt, usque ad tempora P. Stephani à Burgo decimo sexto Præposito Generali Ordinis PP. Seruorum, qui Constitutiones ab ipsis seruandas in meliorem formam redegit, à Martino V. Pontifice Max. Confirmatas. In capite secundo earum Habitus præscribitur his verbis. *Induantur panno nigro; Tunicæ habeant manicas usque ad pugnum & sint strictæ & clausæ: corrigias de corio tantùm habeant. quibus cingantur, in bursis etiam, calciamentis & ceteris omnem mundanam refecent vanitatem; Vela verò & bindæ sint alba de panno lineo, vel canapino.) In Glosa autem earum tertio loco additur scapulare pariter nigrum.* Hæc congregatio S. Mariæ de Consortio siue Tertii Ordinis appellatur. In aliquibus locis vitam cõmunem seruant sub directione unius Priorissæ, non tamen clausuræ legibus adstrictæ atque hujusmodi Sorores Pannum nigrum, e capite protensum usque ad genua velamini albo addunt, quæ verò in domibus priuatis degunt solo albo utuntur.

Vitam B. Julianæ scripserunt Bollandus, & Ferrarius 19. Junii. Cætera narrant P. Archangelus Gianus & P. Michael Florentinus in Chron. Servor. B. M ad an. 1285.

XC

Donne dette

DEL TERZ' ORDINE

De' Servi di Maria.

LA B. Giuliana nata in Fiorenza dalla nobile Famiglia Falconieri, inclinata fino dalle Fascie al culto della Beatissima Vergine, volle imitare il B. Alessio suo Zio, quale fù uno delli primi Fondatori dell' Ordine delli Serui di Maria; onde nell'anno 1284. domandò di essere à quello ascritta, e ottenuta la grazia cominciò una vita molto aspra. Digiunava trè giorni della settimana, cibandosi del Santissimo Sacramento nel mercordì, e venerdì in honore della Passione non prendeua cibo alcuno, e nel Sabbato in ossequio della Madre di Dio viueua di solo pane, e acqua. Per la frequenza di tali digiuni si debilitò talmente lo stomacho, che non poteva più ritenere alcun cibo; onde ridotta all'estremo di Vita, ottenne che le ponessero su'l petto la Santissima Eucharistia, quale sparì subito ch'ella placidamente morì. Ad imitatione di essa si fece, e crebbe una Congregazione, chiamata del terz'Ordine, e del Consorzio, e vi fiorirono molte Dame sino al tempo del P. Stefano del Borgo, decimo sesto Generale dell' Ordine, quale ridusse in miglior forma le Constituzioni, approvate poi da Martino V. Nel capo secondo di esse si prescriue l'abito nero, che le tonache habbiano maniche strette sino à mezza mano, siano cinte di cintura di cuojo, il panno del capo sia di tela bianca di lino, ò canapa, e nella Glosa si nomina anche la Patienza nera. In alcuni luoghi si trovano Radunanze di queste pie donne, quali sotto la direzione d'una Superiora viuono in comune, ma senza obligo di Clausura, e portano in capo un panno, nero, che à modo di manto pende sino à mezza gamba. Altre ve ne sono in case private le quali non hanno il sudetto panno nero.

Fù scritta la Vita della B. Giuliana dal Bollando nogli Atti de' Santi, e dal Ferrari alli 19. di Giugno. Il resto viene raccontato nell' anno 1285. nelle Croniche dell' Ordine de' Servi dal P. Archangelo Giani.

Ord: Tertij Seruorum B. Marię in Ger-
mania

XCI

Oblatæ

TERTII ORDINIS

Servorum Beatæ Mariæ.

In Germania.

POSTQUAM Tertius Ordo mulierum, quæ Ordini Seruorum B. Mariæ adscriptæ erant, in multis Italiæ locis efflorue-runt, exemplo B. Julianæ Falconeriæ, cui ejus origo tribuitur, paulatim, ut fert rerum humanarum conditio, deficere incæpit, adeòut vix reperiretur aliqua nobilis Fœmina, quæ sacra & humili earum veste se indui non eru-beſceret. At Deo prouidente, anno 1612. reflo-ruit in Germania; Fuit enim Anna Juliana Gonzaga, Austriæ Archiducissa, quæ cum suas opes impendere decreviſſet in extructio-ne alicujus monasterii, ubi sacræ Virgines, Deo oblatæ, alerentur; ex monitu Beatiſſimæ Virginis intellexit, sibi gratiſſimum fore, si juxta Constitutiones Ordinis Seruorum suo-rum eas instituere t. Paruit Anna, & magni-ficum Cœnobium ejusmodi monialibus erexit Oeniponti, illique aliud proximum adjunxit pro sororibus Tertii Ordinis, quæ etiam de Consortio appellantur: Atque in eo cum Fi-lia aliisque piis æquè ac nobilibus Fœminis sacro earundem habitu induta vitam usque ad obitum sanctè traduxit. Ut melius tàm ipsæ, quàm moniales instituerentur, Aliquos Religiosos, e monte Senario acersivit, ubi prima Ordinis fundamenta S. Philippus Be-nizius posuerat; Atque jis etiam Cœnobium erexit, eorumque Ordinem Germaniæ resti-tuit, in qua ante Lutheri errores efflorue rat. Ea de causa habitum retinuerunt, quo Patres Eremitæ montis Senarii induuntur, licet non arctis eorum Constitutionibus omnino pa-reant. Mulieres verò Tertii Ordinis stellam cianei coloris in fronte gerunt, velamini al-bo conjunctam, ut imago demonstrat.

Vitam Annæ Julianæ Gonzagæ scripserunt P. Joseph Maria Cignardus & Joseph Maria Bruschius.

XCI

Donne

DEL TERZ' ORDINE

De' Servi di Maria.

Nella Germania.

DOpo che per lo spazio di molti anni in varie Città d'Italia era fiorito il Terz' Ordine della Religione de' Servi, à cui diede principio in Fiorenza la B. Giulia-na Falconieri, à poco à poco mancò tal-mente, che le Donne particolarmente nobili si vergognauano di essere in quello ascritte, e vestire quell'abito povero, e modesto. Ma per disposizione diuina rifiorì nella Germa-nia nell'anno 1612. poiche l'Arciducheſſa di Austria Anna Giuliana Gonzaga, restata ve-doua, determinò di fondare un Monastero di Vergini, quali osseruassero qualche religioso Instituto, e perche dalla B. Vergine fù inspi-rata con modo speciale ad eleggere l'Ordine de' Serui suoi, pose subito in esecutione, quan-to conobbe essere in piacere alla gran Madre di Dio, e fabricò in Inspruch un fontuoso monastero per tali Religiose, e poi vicino ad esso un altra Casa, ove ella con una Figliuola, e altre Damæ si ritirò, e visse santamente sino alla morte vestita con l'abito di Terziara. Ac-ciòche meglio le monahe, e le Terziare fos-sero ammaestrate nella Vita Religiosa invitò alcuni Eremiti dal Monte Senario di Tosca-na, oue la Religione de' PP. Seruiti haueua havuta la sua origine, e fondò anche per essi un nobile monastero; che perciò poi quest' Ordine si dilatò per la Germania, oue era af-fatto estinto per l'Eresiæ di Lutero, e tali Religiosi ritennero l'abito usato dalli Ro-miti del Monte Senario, benche non vivano conforme alle rigorose Constituzioni da essi osservate. Le Donne poi del terz'Ordine han-no il panno bianco pendente dal capo, à cui è unita una stella di colore turchino che ca-de sopra la fronte di esse, come dimostra l'imagine.

Scrissero la Vita di questa Virtuosa Prin-cipessa il P. Giuseppe Maria Cignardi, e il P. Giuseppe Maria Bruschi.

Sanctimonialis Siluestrina

XCII

Monialis

ORDINIS

SYLVESTRINI.

POSTQUAM anno 1231. jacta fuerunt Fundamenta Ordinis Sylueſtrinorum in monte, cui à Fano nomen, haud longe à Fabriano nobili Piceni Oppido à B. Sylueſtro, e Guzolina Familia Auximi orto; anno 1260. ab eodem ædificatum fuit Cœnobium ſub inuocatione S. Benedicti, juxta moenia Perusinæ Vrbis, in quo monachi commorati fuerunt uſque ad annum 1296. At cum ex eo ad aliud intra mœnia Urbis extructum ſe contuliſſent, B. Bartolus, qui, B Sylueſtro demortuo, Religionis regimen ſuſcepit, in eodem Cœnobio Sanctimoniales Ordinis Sylueſtrini inſtituit, ubi per multos annos vitam ſanctè traduxerunt; ſed Urbano VIII. regnante, exorto bello, ne militum injurias paterentur, ad monaſterium intra Urbem poſitum translatæ ſunt, in quo Eremitæ Auguſtinianæ Congregationis, quam Peruſinam dicebant, diu vixerant, mutato ejuſdem titulo S. Mariæ Novæ in titulum S. Benedicti, ubi adhuc florent ſub Regula S. Benedicti, & Conſtitutiones Ordinis Sylueſtrini ſeruant peculiari voto, quod cum tribus aliis Religioſorum propriis profitentur. A Patribus tamen Sylueſtrinis differunt colore veſtium, non enim cæruleus ille eſt, ſed niger, qui Sanctimonialibus Ordinis Benedictini convenit. Cæterum præter tunicam & ſcapulare cuculla monaſtica utuntur in ſacris actionibus, caput duplici velamine ſcilicet albo & nigro contegunt.

De hoc Ordine egit Baronius an. 1231. n. 29. Andreas Iacobus ejus à Conditore quartus Abbas Generalis apud Surium tom. 5. edit. 2. die 26. Novembris.

XCII

Monaca

SILVESTRINA.

DOpo che il B. Silueſtro nato in Oſimo dalla nobile Famiglia Guzzolina, haueua fondata nell'anno 1231. la Religione delli Monaci Silueſtrini nel monte Fano preſſo la Città di Fabriano nella Marca, fabricò vicino alle muraglie di Perugia nell'anno 1260. un monaſtero con il nome di S. Benedetto, in cui i ſuoi Religioſi viſſero ſino all'anno 1296. Trasferitiſi poi da quello ad un altro fabricato dentro la Città medeſima, il B. Bartolo ſecondo Generale dell'Ordine v'inſtituì le monache Silueſtrine, e in eſſo per molti anni perſeuerarono; ma nata poi la guerra nello ſtato della Chieſa nel Pontificato di Urbano VIII. temendoſi l'inſolenza delli Soldati, furono trasferite ad un Conuento della Città, in cui erano viſſuti gli Eremiti di S. Agoſtino nominati della Congregatione di Perugia, e fù mutato il nome di S. Maria Nouella, in quello di S. Benedetto Nouello, oue hoggi ſi ritrouano, e viuono ſotto la Regola di S. Benedetto con particulari Conſtituzioni dell'Ordine Silueſtrino, alla oſſeruanza delle quali ſi obbligono con voto particolare nella ſolenne Profeſſione. Differiſcono però dalli Monaci Silueſtrini nel colore delle veſti, poiche non le hanno di colore ceruleo ſcuro, ma nero, come ſi uſa dalle monache di S. Benedetto Conuengono però nella forma; poiche hanno tonaca, ſcapulare, e Cocolla, che uſano nelle funzioni Sacre, e ſolenni. Sopra il capo oltre il velo bianco portano il nero comune quaſi à tutte le monache.

Di queſt'Ordine ſcriſſe il Baronio all'anno 1231. num. 29., e Andrea Giacomo quarto Generale di eſſo appreſſo il Surio tom. 6. della 2. edit à di 26. Novembre.

Virgo dicta Septem Dolorum B. Marię

XCIII

Virgines quæ dicuntur

A SEPTEM DOLORIBUS

B. Mariæ.

SAnctus Philippus Benizius in Familiam Seruorum B.Mariæ vocatus, poſtquam in Senarii montis antrum ſe recepiſſet, & Chriſti Domini cruciatuum meditatione vitam duxiſſet, inde per vniuerſam pene Europam, magnamque Aſiæ partem ſodalitia ſeptem Dolorum B.Virginis inſtituit. Illum imitata fuit piiſſima, & nobiliſſima D. Camilla Virginia Sabella Farneſia Duciſſa oppidi, cui nomen Latera, inſtituens Romæ VirginumCongregationem ſub inuocatione B.Virginis ſeptem dolorum, quæ in eadem Domo commorantes,peculiari cultuSanctam Dolorum Matrem venerarentur. Hæ poſtquam ſe Deo obtulerint Sanctimonialium inſtar ab humano Commercio ſejunctę vitam agunt, licet Votis Religioſorum propriis & clauſuræ legibus non obſtrictæ. Aliquando enim ad tres præcipuas Baſilicas tantùm viſitandas,e Domo proficiſcuntur, nec illis ultra Urbis moenia procedere licet.Conſtitutiones ſeruant ſub Regula S.Auguſtini, quas illis eadem Fundatrix præſcripſit. Veſte lanea nigra induuntur, quam laneo cingulo circa lumbos circumdant. Caput & pectus lineo velamine contegunt in flauedinem propendente. Cum domo exeunt, aliud nigrum ſericum velamen addunt ultra genua extenſum, cujus anteriores fimbrias cingulum lumborum ſuſtinet. In hac Virginum Congregatione pene omnes ex Illuſtribus Familiis ſelectæ numerantur, ſunt tamen aliquot, quæ Famularum vices præſtant. Illam Alexander VII. & Clemens IX. approbarunt, deinde Clemens X. confirmavit die 25.Martii anno 1671. ſui Pontificatus primo.

XCIII

Monaſtero detto

DELLI SETTE DOLORI

Della B.Vergine.

FUrono già inſtituite per quaſi tutta l'Europa,e parte dell'Aſia congregazioni ſotto l'inuocatione della B.Virgine delli ſette Dolori da S. Filippo Benizi, dopo che ammeſſo nella Religione de' PP. Servi della Madre di Dio haueua ſpeſo molto tempo in una ſpelonca meditando laPaſſione del Redentore, e della Madre. Ad imitatione di queſto Santo la piaDucheſſa di Latera,D.Camilla Virginia Savelli ne i Farneſi inſtituì un Collegio di Vergini ſotto l'inuocatione delli ſette dòlori, le quali con particolare divotione unite nella caſa medeſima veneraſſero la Madre di Dio addolorata. Benchè facciano oblatione di ſe ſteſſe ſenza obbligarſi con voti, viuono come Monache; ſe non in quanto non tenute à perfetta clauſura poſſono alcune volte uſcire di caſa, e viſitare le trè principali Baſiliche di Roma,ſenza uſcire dalle porte di eſſa. Veſtono di tonaca nera cinta con cintura di lana. In capo, e ſopra il petto portano un panno di lino ſottile di colore pendente al giallo. Quando eſcono di caſa aggiongono un manto di velo nero, che dal capo ſi ſtende ſino oltre le ginocchia,e ripiegano le due eſtremità anteriori di eſſo ſino alla cintura. Sono per l'ordinario ammeſſe in queſta Congregatione fanciulle di Famiglie nobili, e vi ſono anche altre dette Converſe. Viuono ſotto la Regola di S.Agoſtino, e hanno particolari conſtituzioni, preſcritte dalla Fondatrice. Furono approuate daAleſſandro VII.e Clemente IX. e di nuouo confermate da Clemente X. alli 25. di Marzo l'anno 1671. che fù il primo del di lui Pontificato.

Ordinis Equestris S. Stephani

XCIV

Moniales Equeſtris

ORDINIS

S. STEPHANI.

POSTQUAM Coſmus I. Magnus Dux Heturiæ, Equites inſtituerat ſub inuocatione S.Stephani Pontificis Florentiæ Parroni, eoſque ſuo diplomate approbauerat Pius IV. anno 1562. Eorum Ordini adſcriptæ fuerunt etiam Moniales, primò quidem Piſis anno 1565. illæ, quæ ſub titulo S.Benedicti multorum annorum ſpatio ſub directione Monachorum Vallis Umbroſæ vixerant, poſtquam PJus IV.huic Equitum Congregationi prædia conceſſit, in quibus earum Monialium Cænobium extructum fuerat.Secundò autem Florentiæ Cænobium erexit, & dotauit anno 1583. ſub titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Eleonora Toletana, Coſmi primi Uxor, quod Clemens VIII. ſuo diplomate *Superna Diſpoſitione* approbauit die 23. Maji an.1592. Veſte induuntur hæ moniales lanea alba, cum ſcapulari pariter albo, cujus ſiniſtra pars ſupra pectus crucem rubram oſtentat cruci equitum melitenſium forma non abſimilem. Florentinæ tamen flaua lineola undequaque circumdatam gerunt. Ex Familiis nobilibus eliguntur hæ moniales,ſicuti Viri Equitum Ordini adſcribendi. Amborum Cænobiorum Abbatiſſæ crucem majorem habent, e ſerico rubro medio in pectore aſſutam. Cum Diuinis Officis in Choro adſunt,Cucullam Veſti ſuperimponunt cum ampliſſimis manicis rubro ſerico in parte interiori exornatis, quas brachiis reuolutas excipiunt. Velamine albo caput tegunt, cui alterum nigrum imponitur. Earum Famulæ, quas *Converſas* dicimus,cruce,ſignantur forma quidem ſimili, ſed lanea & mole minori.

XCIV

Monache

DELL' ORDINE EQUESTRE

DI S. STEFANO.

DOpo che Coſimo I. Gran Duca di Toſcana haueua inſtituita la Religione di Caualieri con il titolo di S.Stefano Papa, Protettore di Fiorenza, e fù approuata nell'anno 1562 de Pio IV. furono anche à quella aſcritti alcuni monaſteri di monache; il Primo di eſſi è in Piſa, nominato di S.Benedetto, le Religioſe di cui per molti anni addietro erano viſſute con la Regola di S.Benedetto ſotto la Giuriſdizione delli Monaci di Vallombroſa, e paſſarono poi all'Ordine Equeſtre nell' anno 1565. dopo che Pio IV. donò l'Abbadia, in cui era il monaſtero ſudetto alla Religione di S.Stefano.Il ſecõdo fù fondato in Fiorenza da Eleonora di Toledo, moglie del Gran Duca Coſimo nell' an.1588. ſotto il titolo della Immaeolata Concezione della Beatiſſima Vergine, e approvato da Clemente VIII. alli 23. di Maggio nel 1592. con la Bolla *Superna Diſpoſitione*. Le Religioſe dell'uno, e l'altro monaſtero veſtono tonaca di lana bianca con lo ſcapulare parimenti bianco, nella parte ſiniſtra di cui ſopra il petto è affiſſa una croce, ſimile à quella di Malta inquanto alla forma,ma roſſa; quelle però di Fiorenza l'hanno contornata di ſeta gialla. In teſta hanno velo bianco, ſopra il quale è un'altro nero. Nelle funzioni del coro aggiungono un'ampia cocolla bianca fregiata di ſimile croce, con maniche aſſai grandi foderate di armiſino roſſo, quali roueſciano ſopra le braccia. Le Abbadeſſe di ambedue portano la croce più grande di velluto roſſo in mezzo al petto. Le Serventi che chiamano *Converſe* hanno la croce di ſaja più piccola: Queſte Religioſe ſono ſcelte da Famiglie nobili,ſicome li Cavalieri della medeſima Religione.

Virgo Theatina

XCV

Virgines

THEATINÆ

SANCTISSIMÆ

CONCEPTIONIS.

VENERABILIS Virgo Urſula Benincaſa Neapolitana Pietati & ſolitudini à tenera ætate ſemper dedita àParentibus habitationem obtinuit in monte, S.Elmi dicto, ab humano conſortio remotam, in qua frequentes à corpore animi alienationes divinitus paſſa eſt, atque in jis multa futura prædixit. Deo inſpirante Romam petiit, ut pedes Gregorii XIII. oſcularetur,ibique tum animi tum corporis pœnas perpeſſa eſt in frequenti examine, quo Pontifex juſſit ejus mores ac verba diligenter diſcuti, ne ipſa ſeduci à Diabolo poſſet,nec ab ipſa cæteri fallerentur. Tandem innocens reperta & Neapolim reverſa, Divino monitu Congregationem Virginum inſtituit ſub titulo Sanctiſſimæ Couceptionis Deiparæ, ejuſque primæ Alumnæ fuerunt ſex illius Neptes, binæ ſorores, aliæque, quarum numerus brevi tempore ſexagenarius evaſit. Omnibus habitum præſcripſit ex lana nigra, quo ſolent uti Patres Theatini, ſicuti tempore naſcentis Eccleſiæ, referente Baronio ad an.57. *Deo ſacratæ Virgines non tantùm tegi ſacro velamine, ſed nigra indui veſte conſuetudo fuit.* Juſſit feſtum Conceptionis Virginis ſingulis annis ſolemni pompa triduo celebrari, atque in eo Sanctiſſimam Euchariſtiam extra cuſtodiam exponi, ut ſemper ante eam duæ ex Virginum Cætu,primis ſuccedentibus aliis, preces effunderent. Decrevit etiam, ne numerus earum ultra ſexaginta ſex augeretur, in memoriam ætatis B.Virginis. Vota ſolemnia non impoſuit,ut ex puro amore clauſæ detinerentur, Deoque ſponte ſervirent. Et ne unquam earum Congregatio diſſolveretur, Inſtituto & Regimini PP.Theatinorum Deo monente, & Pontifice Summo probante ſubdidit anno 1633.

XCV

Vergini

TEATINE

DELLA SANTISSIMA

CONCEZIONE.

LA Venerabile Vergine Orſola Benincaſa Napolitana inclinata ſino da fanciulla alla devozione, e ſolitudine, ottenne dalli Genitori di abitare in luogo ſolitario del monte S Elmo, ove ricevè molte grazie da Dio di Eſtaſi, e Profezie. Inſpirata di andare à Roma per bagiare li piedi di Gregorio XIII. ivi paſsò molti travagli dopo varii eſami fatti da molti per ordine delSom. mo Pontefice,acciòche reſtaſſe certificato,non eſſere ella deluſa, nè ingannatrice. Rimandata innoceote à Napoli, per inſpirazione Divina inſtituì una Congregazione di Vergini ſotto il titolo della Santiſſima Concezione, dando à quella principio con ſei fanciulle ſue nipoti, due ſorelle, e altre ſino al numero di ſeſſanta. A tutte ordinò che portaſſero l'abito di ſaja nero ſimile à quello delli Padri Teatini, come ſolevano le Vergini della primitiva Chieſa,poiche come ſcriſſe il Baronio all'anno 57. *Deo ſacratas Virgines non tantùm tegi ſacro velamine, ſed nigra indui veſte, & operiri pallio olim in Eccleſia conſuetudo fuit.* Ordinò che la feſta della Santiſſima Concezione ſi celebraſſe con ſolenne apparato di trè giorni, tenendoſi eſpoſta la Santiſſima Euchariſtia, avanti la quale nè dì nè notte mancaſſero due di eſſe nel fare orazione. Volle che le ſorelle non foſſero oltre il numero di ſeſſantaſei in memoria degli anni ne'quali viſſe la Santiſſima Vergine in terra. Non le obligò alli trè voti ſolenni, ma ſolamente ad una publica oblatione, perche volle che viveſſero per puro amore rinchiuſe;e perche dubitò poteſſe mancare dopo la ſua morte,per rivelazicne havutane di Dio la ſottopoſe alla Religione delli PP.Teatini, e fù accettata con facoltà di Gregorio XV. nell'anno 1633.

Ord. SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum

XCVI

Moniales

ORDINIS

SS. TRINITATIS

Redemptionis Captivorum.

INstitutus jam fuerat anno 1201. sub Innocentio III. ordo Religiosorum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum à S. Joanne de Matha. Illum imitandi cupida Domina Constantia, Petri II. Aragoniæ Regis filia, marito defuncto Guillelmo Raymundo de Moncata, religiosam vitam elegit sub ejusdem Ordinis habitu, quam sequuta anno 1236. est Dña Sancia, ejus soror cum aliis primæ nobilitatis Fœminis. Earum primum Cœnobium fuit prope Aytonam, oppidum Catalauniæ in Turri, quæ dicitur de Avengania, Constantiæ concessum à P. Nicolao totius Ordinis Generali Ministro. In eo enim plurium annorum decursu Religiosi ejusdem Ordinis commorati fuerant, ut constat ex instrumento Donationis Petri de Belvis, relato à P. Didaco à Jesu tom. 1. Annal. Ordinis lib. 1. cap. 18. Tale autem Cœnobium in magno apud Reges, & Principes honore fuit habitum. In eo Constantia, ut Cæterarum mater, & Prioriſſa religiosiſſime usque ad mortem præfuit, idemque Vitæ rigor, quem Religiosi Viri servabant, monialibus erat præscriptus. Tertia etiam bonorum pars, ut hujus Ordinis Regulę statuunt, in Captivorum redemptionem erogatur. Hujusmodi Instituti deinde Monialium Cœnobia in diversis Hispaniæ locis extructa sunt. Earum vestes sunt Albæ, excepto Pallio, quod est nigri coloris, & à collo sub velo nigro usque ad terram protenditur, sub nigro velamine aliud album faciem circumdat. In pallio, & scapulari crucem rubei & cærulei coloris deferunt ut Religiosi.

XCVI

Monache

DELL' ORDINE

DELLA SS. TRINITA

Del Riscatto delli Schiavi.

